


~~4 — 14 — 10~~

Adicion n° 1.

~~N° 82.~~

Inc-145

D. Rafael Casanova

REAL ACADEMIA
BIBLIOTECA
DE LA HISTORIA

Incipit tabula sermonum sancti Augustini epi z doctoris ecclesie. Ad heremitas:

De institutione regularis vite 1. ser. i.
De pace 3 ser. iii.
De silentio 5 ser. iiii.
De prudentia 6 ser. iiii.
De obedientia ad presbyteros suos 8 ser. v.
De misericordia 12 ser. vi.
De obedientia 1 2 ser. vii.
De perseuerantia 6 7 ser. viii.
De ira 17 ser. ix.
De puritate conscientie 18 ser. x.
De compunctione z lachrymis z pñia 19 ser. xi.
De superbia 21 ser. xii.
De fortitudine 22 ser. xiii.
De iustitia 23 ser. xiiii.
De fide 26 ser. xv.
De inobedientia 28. ser. xvi.
De ociositate vitanda 29 ser. xvii.
De inuidia ser. xviii.
De vigilia natiuitatis christi 32 ser. xix.
De natiuitate domini 34 ser. xx.
De genere monachorum egiptiorum 36 ser. xxi.
De recessu sancti Augustini ab ordine heremitarum 38 ser. xxii.
De ieiunio 40 ser. xxiii.
De sancto Hieronymo quomodo fuit cardinalis z qñ reliquit cardinalatum 40 ser. xxiiii.
De ieiunio z vbi fuit institutum 42 ser. xxv.
De murmuratione. 44 ser. xxvi.
De filio prodigo. 47 ser. xxvii.

Sermo in cena domini 49 ser.xxviii.
De lingua dolosa 54 ser.xxix
De confessione 55 ser.xxx.
De vanitate z superbia 57 ser.xxxi.
De leprosis 6 ser.xxxii.
De superfluo potu 62 ser.xxxiii.
De sancta obediētia loth 62 ser.xxxiiii.
Ad iudices z procuratores 64 ser.xxxv.
Ad presbyteros de vita eorum 66 ser.xxxvi.
De non vendēdo sacramenta 69 ser.xxxvii.
De sacra scriptura 72 ser.xxxviii.
De vita solitaria z contemplatiua 74 ser.xxxix.
De obseruantia clericorum 79 ser.xl.
De vita clericorum circa obseruātiā 82 ser.xli.
De vita z moribus clericorum 84 ser.xlii.
De modo querendi christum 86 ser.xliii
De pietate z charitate 89 ser.xliiii.
De penitentia 92 ser.xlv.
De angelis z hospitalitate 93 ser.xlvi.
De sodomitis z gomoreis 95 ser.xlvii.
De cura anime 98 ser.xlviii. 102
De mibia carnis z falsitate pñtis vite ser.li
De salute anime 104 ser.lii.
Sermo sup ps deus deor locutus est 105 ser.liii.
De cōi vita clericor ex sui dispositiōe ser.liiii. 108
Itē de cōi vita clericor ex sui ordiatōe ser.lv. 112
De tenēda obediētia z euitāda supbia 117 ser.lvi
De obitu valentini epi cartiginensis 119 ser.lvii.
De admonitione sancti Augustini episco
pi per quaz ostenditur q̄ bonuz sit lectio
nem diuinam legere z q̄ malū sit ab illa
vel eius inquisitione desistere 122 ser.lviii.

DE LA ESTORIA (BIBLIOTECA)

De vanitate huius seculi. ser.lix.
De sancta monica matre sci Augustini ser.lx.
De conuersione sancti Augustini epi ser.lxi.
Sigibertus in epistola ad macedonium.
Extractum est de chronica venerabilis Bede.
Extractum est de chronica vienensis episcopi.
Extractū est de chronica archiepi florētini antonini.

Finis.

INcipiũt sermones sancti Augustini ad heremitas ⁊ nonnulli ad sacerdotes suos: ⁊ ad aliquos alios. Et primo de istitutiõe regularis vite ℔mo p̃.

FRatres mei ⁊ letitia cordis mei coronã mea ⁊ gaudiuz meũ q̃ estis uos: pax uobis ⁊ charitas cuz fide semper inter vos adimpleat. Quia me putatis matrem esse animarum vestraruz ideo desidero ita uos componere: vt i vobis neq̃ macula neq̃ ruga possit ante tribunal iusti iudicis apparere. Animab⁹ enim vestris non solum ornamenta sed etiam medicamenta desidero, puidere. Studeo enĩ dissuta consuere. ⁊ conscisa sarcire. uulnerata curare. abluere sordida. reparare perdita. ⁊ ea que sũt integra spiritualibus margaritis ornare. Ego enim margaritas ỏ paradisi patria vobis donare cupiẽs: nullam mercedez in seculo opto recipe: nisi quod q̃ uobis insinuare intẽdo. patienter audire. ⁊ cum dei adiutorio secunduz vires operibus adimplere semper studeatis. Sed ante omnia fratres charissimi: quos iterum parturio donec reformet i vobis chr̃istus: diligatur deus: deinde proximus: quia ista precepta sunt principaliter nobis data. Et ideo fratres dilectissimi commorantibus uobis in heremo in nomine dei nostri placeat secundum apostolicam vitã vnum sentire ⁊ omnia cõmunit̃ possidere. sicut scriptum est i actibus apostolorum. quia erant eis cõmunia omnia. ⁊ distribuebantur vnicuiq̃ sicut cuiq̃ opus erat. In hac autez vita permaneamus: ⁊ nos ipsos in ipsa deo auxiliante fortiter teneamus: quia qui pseuerauerit vsq̃ in finem saluus erit. Si quis autez de seculo ad nostram cõgregationem ve

f Augensola

nire desiderat primo pre-
cipio vt probetur: an volũ
tas ex deo sit: Non enim
debet esse violenta: nõ co
acta: non mobilis: sed sem
piterna. virilis: constans
z omni spiritu caritati ple
na. atq; perfecta. Tũc ei
proponatur quomõ abne-
get voluntatem propriam
z sponte sequat̃ me. Nec
volo q; cogitet amplius q̃d
necesse ei fuerit. Scit enim
pater celestis. quibus indi
geamus. Queramus igit̃
primum regnũ dei hec om
nia administrabũt̃ nobis.
In oratorio nemo aliquid
agat. nisi ad quod ẽ factũ:
vnde z nomen accepit. O
rationibus instate a ma-
ne vsq; ad sextam tantum
circa missarum solẽnia. A
sexta vero vsq; ad nonam
omnes vacent lectionibus
z pater noster. Ad nonaz
vero reddant codices: z se
cunduz nature conditionẽ
sine tumultu reficiant: au
dientes verbum dei. Post
quam autez refecerit sive
in horto sive in heremo vl
vbicũq; necesse fuerit ope
rẽtur: Nil enim dei seruis
ociositate peius. Operen
tur ergo in nomine domini
sacrum ordinez non habẽ
tes vsq; ad horam lucerna
riaz: Nemo tamen ex ope
re suo aliquid sibi appro-
pet: Apostolica enim vita
optamus viuere: Si quis
autem contrafecerit furti
iudicio condemnetur: et si
corrceptus non emendaue
rit de vestra societate pro
ũciatur. Non enim hoc fit
crudeliter: sed misericor-
diter: ne contagione pesti
fera plures ex vobis per-
dat. Cuz aũt aliquid fit p
vos cauete ne cuz murmu
re fiat: ne murmuratores
in cõspectu dei vocemini.
Illũ qui vobis preest: post
deũ omnes sicut decet dei
famulos honorate. Ipe ve
ro qui preest super omnia
sollicitus sit de vestra salu
te: de quibus debet redde
re rationez: Dominica au
tem die qui volunt vinum

cum dei gratia bibant sed qui antiqui sunt ⁊ debiles vinum bibere compellant carnez tamen domantes quãtum valitudo permittit. Quando necesse est vt aliqui ad seculuz vadant: caueant ne vadant minus q̃ duo vel tres. Et si oculi seruozum dei iaciantur in aliquaz feminarum: caute ne in illaz figantur. Deus autem qui habitat i vobis etiaz isto modo custodiet uos ex vobis: Nemo cuz secularibus extra monasterium manducare nisi panem vel bibere nisi aquam presumat: vel etiaz intus manducare extra horaz prandij nisi casus infirmitatis acciderit. Qui vero infirmantur ex vobis cum omni diligentia pertractentur: etiam si de bu millima seculi paupertate venerint. Non debet sanis molestum esse si aliter tractantur i victu: sed magis congratulẽtur deo gratias agentes quia valent quid nõ valẽt illi. Si vero vt fieri solet ab hereticis superuenerit incursio repẽtina: vel ab infidelibus: aut hostilitas. ita vt necesse sit fratrib⁹ fugaz, arripere. si deo fauẽte euaserint mox ad nemus cum Helya redire festinent: cogitantes q̃ nullo modo potuerũt separari: quos dei caritas sociauit. Siquis autez cõtumaci animo hec obseruare contempserit: capiatur ⁊ subijciatur monasterij discipline. Hec autem que dico vobis: sepe p̃ vos legantur ne obliuioni tradantur. Et vbi hec omnia seruaueritis: nobis nõ parua letitia de filiozum salute erit. Hec igitur sũt que vt obseruetis precipimus in monasterio constituti: propter quod in vnũ estis in heremo congregati: vt vnanimes habitetis in domo. ⁊ sit vobis anima vna et coz vnum in deo et domino iesu christo: qui vos dirigat ad pficienduz, mirabilia de lege sua. amen.

De pace sermo. ij.

Fratres charissimi o si scirem quãta sit virtus pacis: & quantum vobis in solitudine demorantibus necessaria sit. Tanta enim est virtus pacis q in eius dignitate apostolus omnes suas epistolas scribebat dicens: pax vobis & gratia a domino deo nostro. Hanc aũt salutandi formam nobis primitus donauit. Christus dicẽs. Pax vobis. Hanc pro testamento Christus aplis dereliquit tanq summum bonum: sine quo nullus viuere deberet. Sic etiã pater celestis elemẽta & planetas ceteraq uisibilia ordinauit vt uinculo pacis simul complecterẽtur. Sic etiam ordinauit glorios exercitus angelorum: vt post eorum descensum nulla esset iter eos discordia sed pax plena atque perfecta. Hec est illa gloriosa. pax que fluctus malaq cogitationũ eructat: mẽtem fluctuantem illesam reseruat: conscientiaq purgat. Qui pacem cordis oris & operis nõ habet: christianus dici non debet. Qui i hac non sperat: in lubrico uitaq & pedem ponit: in tẽpestate nauem collocat. in precipitio se illaqueat: in harena semen seminat. Hec ẽ illa perfecta pax. que mentem a vitijs purgat: vermem cõscientie rodit. O pax berenitaq mater: cenobitaq pater: monachorum soror: patriarcharũ vinculũ: Tu ppetarũ vehiculum: tu apostolorum refugiũ. tu martyq solatium: tu confessoq baleneũ: tu virginũ tripudiuq: tu viduarũ speculũ: tu cõiugatorũ spectaculum: tu malorq presidũ: tu tyrãnorũ odiũ: tu latronũ suspendium. O pax dei edificiũ: te nõ possũt destruere principum fulmina: insultus demonũ te i nullo ledere possunt. Tu paupẽ diuitem facis. tu diuitẽ mẽdicãteq perducis. tu contenta i cũctis. tu ditior vniuersis.

tu homines dei filio facis. O pax sine te reges nō regunt: sine te regna nō valent. Nūquid sine te iciunia orationes elemosyne ceteraq; bona nobis p̄desse possūt? Absit. O monache habeto pacē in cunctis: nā si fratri iraſceris: si p̄ximū odis: tibi cōtradicis in oratiōe dñica. Clamat enim monachus. Dimitte nobis debita nostra: sicut t nos dimittimus debitoribus nostris. O monache si pacē non diligis: proximum odis: quo iure quo pacto: qua fronte tibi p̄tis dimitti: qui proximo rancorē non dimittis? habete ergo pacem cū omnibus: omnium tamen uicia odientes. Habete in ore: in corde in opere pacem. Nā si cayn pacē habuisset in corde: non irruisset in fratrem. Si absalon pacē habuisset in ore: non impugnasset patrem. Si iudas habuisset pacē in opere: non fugisset ad laqueum. O q̄ bonum: o q̄ iocūdū: o q̄ diuinū ē habitare fratres in vnum: vt unum sit cor: vna volūtas: una oīuꝫ anima: t vna forma viuēdi. nam diabolus intrare non potest domum vel mētē in qua pax dominatur. O q̄ ergo iocundū est habitare fratres i vnū. Tāta enim est supereminentia istius uirtutis. q̄ de ea prophetа prius mirarē: quā ostenderet quid esset: vl quid utilitatis haberet. O quam grandem admirationem preposuit quando dixit. Ecce. O quā mirabilem vtilitatem predicauit quando subiunxit. Quam bonum t q̄ iocundum. Sed scire debemus fratres mei q̄ quedaꝫ sūt bona: que non sunt iocunda: quedam iocunda que non sunt bona. Verbi gratia. Bona sunt ieiunia: vigilie: macerationes t similia. Hec eniꝫ bona sunt sꝫ non iocunda: quia caro in his non iocundatur sed leditur. Iocunda quippe sūt conuersationes: ebrietatꝫ

tes: ſz nō bōa. Nec agen-
tes letant cū malefecerit:
z exultāt i reb⁹ peſſimis.
O mōache vir poteris in
uēire i p̄ſenti vnū quod ſit
bonū z iucūduz. Cupis tñ
illud vnū iuenire: perq̄re
pacē: z aplecter eā. Nec ē
n. ſola virt⁹: q̄ bonū bz z iu
cundū. Nec ē illa bonitas:
q̄ nos bitare fac vni⁹ moriſ
in domo: vt ſimul viuere ſi
mulq; mori ſemp optēus.
In p̄ſenti. n. ſimł bitam⁹:
in futuro capiemuſ brauiū
iocūditatis eterne. O pax
tumētis ſerenitas. aī trā
quilitas. cordis ſimplici-
tas. amoris vinculum. ca
ritatis cōſortiuz: Nec eſt
illa ſummia felicitas que ſi
multates tollit. bella com
peſcit. iras comprimit. ſu
perbos calcat humiles a-
mat. diſcordes ſedat: īimi
cos cōcordat. cunctis pla
cet. a cunctis optatur. ſed
a malis illa q̄ bona eſt pax
fugitur z oditur: vt mors.
O pax tu non ſcis extolli.
ignoras inflari. Beatus
qui te habet: maledictus
qui te odit z qui te īpedit z
frangit iter homines. qñ
antixp̄s eſt z filius perdi-
tōis. O pax qui te habet:
teneat. qui te non habet te
perquirat: qui te perdit te
requirat. ſi filius dei eſſe q̄
optat. O pax tale bonū es
in rebus creatis: tam mi-
rificum: tam glorioſum: q̄
nil dulcius ſolet audiri: nil
delectabilius concupiſci:
nil vtilius poſſideri. Spiri
tus eiz humanus ſicut nū
quam viuificat mēbra niſi
fuerint vnita: ſic ſpiritus
ſanct⁹ nūq̄ nos viuificat
niſi pace vniti fuerimus.
Nemo eniz eſt vt dicā⁹:
qui non velit pacem habe
re: Interroga oēs ſi pa-
cem deſiderant: oēs vna
voce dicēt. Hoc amam⁹:
hoc optamus: hoc concupi
mus: hoc volumus. Si er
go fratres homines pacez
amant: amicent z iuſtitiaz:
q2 due ſunt amice cariſſi-
me. Juſtitia eniz z pax ip
ſe ſe oſculant. ſz ſi amicā
pacis non amaueris num-
quid ipſa pax te amabit z

recuz habitare volet: Ab
sit. Amate igitur pacez di
ligentes iustitiaz. Hec.n.
pax hominibus bone volũ
tatis dat ab angelis. Nũ
quid prave voluntatis pa
cẽ offerunt angeli homini
b9? Absit. Et qui sint prave
voluntatis tm̃ q̃tuz sit illi
qui superbo oculo t insati
abili corde nunq̃ dicunt:
sufficit: Tales nunq̃ pos-
sunt habere pacez propte
rea fratres mei ex quo mũ
duz calcare cepim9: t ter
rena cuncta despicere: de
uitias nõ appetamus: nec
nos qui pauperes in here
mo sumus ad superbiã di
uinaruz extollamur. Nul
lo enim modo decet nos vt
in hac vita solitaria vbi se
natores fiunt laboriosi: fi-
ant opifices ociosi: et qui
venimus relictis diuitijs
qui fuimus prediorum dñi
hic sim9 rustici delicati. Il
le deniq; fratres vere pa-
cem habet qui nil appetit
de seculo possideri. Hic trã
q̃llus est hic gaudet de bo
nis cunctis pagano illo di
cente. Quietissimã vitam
ageret boies i terra: si hec
duo verba a natura omni
uz tollerent meũ t tuũ. O
beata pauptas vberibus
pacis plena vbiq; secura:
vbiq; illesa. vbi cũctoz
amica. Nã qui te amat ve
rã pacẽ amat q̃ te ñ amat.
trãquillitatẽ cẽm ignorat.
Sed dicet q̃s seruoz dei.
Ecce diuites uideo super
bos elatos: ipios t oi boni
tate pfecta carẽtes unũ tm̃
apparet q2 pacem habẽt
ad inuicem. quid ergo: nũ
quid gaudere debeo de eo
rum neq̃ cõcordia: nescio
vel tristari: O mõache sci
as: q̃ sicut multum nocet
discordia inter bonos: ita
valde dolendum est vel qñ
pax est inter malos. Tũc
enim augentur omnia pes
sima que fieri vel cogitari
possunt: quando mali paci
fice viuunt. Quando vero
discordantur: tunc mũdus
aliqualiter tranquillatur.
Nam sicut concordia ma-
lorum contraria est cõcor
die bonorum: ita optandũ

est q̄ boni pacem habeāt: ⁊ mali discordes sint. Mā per discordiā. mali aliquā do optimi efficiunt̄. cognoscētes quid sint ⁊ q̄d erūt. Nam dum tribulantur et eorum facies ignominia replentur. aliquādo querunt nomē domini: quod tamē tēpore pacis nūq̄ amabile erat in corde eorum. Oā dum tñ est vt ⁊ boni in bono teneantur vsque ad finem: ⁊ mali conuertātur anteq̄ ad finē perueniāt. Vos autem fratres ad inuicem pacez amate que q̄dem pax custodiat corda vestra ⁊ intelligentias vestras que exuperat omnē sensum. Amen.

De silentio sermo tertio.

Silentium fratres charissimi iter cetera vobis in heremo summe necessarium est. omne enim quod nō edificat in periculum vertitur dicentium ⁊ audientium. Lingua enim nostra sensum nostrum sequatur ⁊ rationez: non voluntatem. Non enim debemus tantum oculos clausos seruare sed et linguas infra dentes reseruare ille sas: sermo enim vanus: vane conscie iudex est. Qualis enim es: tales sermones loqueris. talis ⁊ mens cōprobat̄: ⁊ qual' fueris i fact̄ tal' p̄probaberis i verbis. Stultus eiz valde est qui non prius verbum dicit ad linguā rōis: quā educat ad linguā oris. Qual' est homo in mente: talem verbositas depingit in ore. Verbositas hominem cōducit in ioculatorē. humane nature dignitatem deponit. honores sibi rapit inimicos infinitos acquirit. Inflāmat deniq; lingue mobilitas in adolescentia ad iocosa: i virili etate ad fraudulenta: sed in senili ad detractoria. restringenda est igitur hec parua faucula ne in magnaz vertatur flammaz. surculus ne crescat in syluam: gutta ne tumescat in fontem. Ideo ius est deniq; fratres linguaz refrenare q̄ capere

ciuitatez q; illud insultat exterius. sz istud interius hic sumunt arma cõtra te ipm. sz ibi de alieno. Sũma tñ verecundia est z depressa deiectio: non posse linguaz refrenare: et vile non posse ligare mẽbrum. Ecce lingua egredi q̃rit: motum pquirit. tu vero o monache p tẽperantiã ipsam refrena. appone ei pesulum rõis. circuncide eam maturitate discretionis. O lingua tu piculũ imittis. tu luctũ producis: discordiaz sepe spargis. z prodi tionis venenũ z detracti onis paris. z ad infernuz qui tibi credunt cõducis. O monache cognosce linguam nequam: fuge eam. despice eam. si potes confunde eam. Sed volo instruere tuam linguam bene loqui. Vis bene loqui? Da ei moderatuz motum precipitosa enim lingua: non nouit nisi bona diuina semper cõstruere. O q̃ sctm est os: vnde semper celestia erumpunt eloquia. O monache cõsidera tere ad diturum rationem de omni verbo ocioso. z tãto magis: quanto minus mundo es obligatus. Non enim in foro sed in cella habitare debes: non familiã sed familiarũ aias oratõe pascere debes. Non igit tibi necesse multum loqui. nec inter homines conuersari: nec mercantias pertractare vnde viuas. Nam mercãtiam in monacho: vsuraz occultam existimamus. Ama igitur o monache solitudinem: fuge multitudinem: ne comprehendaris in verbo: ac etiam confundaris in facto. Et si interrogatus fueris: melius est ad singula respõdere breuiter: q̃ diutius imorãdo verba curiosa z plixa extendere. Verbositas enim quid aliud ẽ q̃ semen quod fructum non facit? O verbose erubesce: z cõsidera tuam grandem miseriaz. Quid enim aliud es q̃ sal infatuatum: quod ad nullum valet condimentum?

Uere infructiferus es et infructiferos facis qui te libenter audiunt. O verbose mendax. qui veritatē raro dicere voluisti. O eloquax cognosce teipsum: nam loquax numq̄ erubescis nec cōsideras quid ſz quātum dicere possis. Nō mē suras verborū sentētias. sed tm̄ vt satieris. O verbose erubesce. quia omnino cognosceris: q̄d agis. Nam tua conditio est occulta manifestare: nota in conuentib⁹ predicare. sed sine scis: sommias inaudita. fingis te scire quod nescis: vt libenter audiaris a cunctis. O artifex mendatiox of aber fabularuz. lege quod dicitur: quia uir linguosus non dirigetur nec diligetur in terra promissiōis. O monache ⁊ tu diligenter attendas. Nam qui non refrenat linguam suam huius vana est religio. Qui non custodit linguam suam monachus nō est: qui autez moderat linguam suam prudentissimus est: verusq̄ monachus ē. Eiaḡ fratres mei amate silentium: ponite custodiā ozi vestro. Estote solitarij. vt sitis ãgelis sociati: estote rustici ut sitis ciues sanctorū ⁊ domestici dei: estote multi vt sitis loquaces: loquimini deo vt sitis veraces: contemplate in heremo vt contemplemini a sanctis in celo: eleuate capita vt eleuemini coz de. extēdite brachia vt extēdamini toto corpe volātes ad celū: ad qd̄ pducat nos xp̄s de⁹ noster. amē.

De prudentia: ꝑmo. iiij.

Fratres charissimi nō solum silentium tenere debetis in heremo: sed etiam prudentiā rapere. Prudentia enim vobis necessaria est: q2 docet: quid fugiendum: ⁊ quid tenēdum sit. Prudentia enim docet te vt nō superbias: nec mireris de reb⁹ trāsitorijs: cum sint caduce. ⁊ ea que possides tanq̄ aliena possidere aduertas. Prudētia docet te vt que non potes

perpetuo tenere: fructuo-
se permittas abire. Pru-
dentia docet te vt in cun-
ctis semper idem sis: tam
in pro peris q̃ i aduersis:
sicut manus que eadē est:
z cum in palmam extendi
tur: z cum in pugnum con
stringitur. Ipsa te docet
quomodo reprehensibilis sit
nimia laudatio: z imode-
rata vituperatio. Illa qui
dem adulatiõe: sed ista su
specta malignitate. Pru-
dētia testimoniũ veritati:
non amicitie reddit. Pru
dētia cũ discretiõe ꝓmit-
tit: z ꝓmissa accelerat: z
ampliꝰ q̃ ꝓmisit prestat.
Prudentia docet qũo pre
sentia ordines: quomodo
preteritorum recorderis:
et qũo futura prouideas.
O beatus qui prudẽs est:
z felix z vere felix qui pru
dens inuenitur. Nam si
cuncta que habet amittit:
clamor: omnia mea me-
cum sunt. Que sunt ista
que sunt mea: nisi iustitia
temperantia: fortitudo: z
prudẽtia: O vere prudẽs
oĩa que eripi possunt: bo-
na non esse putas. Cum
igit̃ prudens sic in se con-
tentus sit: oĩa secum ha-
bet. in oĩbus sibi sufficiẽs
est Imprudẽti vero nihil
sufficit: q2 in nullo conten
tus est: q2 oĩa sine fine spe
rat possidere: ideo omni-
bus eget: Estote igit̃ fra-
tres prudentes sicut ser-
pentes. et simplices sicut
colũbe. Duo. n. sũt. q̃ me
xa ad iuicẽ sũt: vt vnũ si-
ne altero: aut pax, aut ni-
hil oĩo sufficiat. Simplici
tas enim sine astutia: stulti
tia reputatur astutia sine
simplicitate superbia ap-
pbat̃. Astutia. n. serpẽtis i:
q̃tuor diuidit̃ partes. Pri
ma ẽ q̃ totius corporis ve
nenũ in gutture colligit: z
ibi prudẽter docente natu
ra seruare studet: vt si ali
quãdo sibi necesse fuerit i
prõptu habeat: unde se de
fendere possit. Sed in hac
parte serpẽs quãdoq̃ de-
cipitur. Mustella. n. sem
per serpẽti aduersatur: z
ante foramen cauerne ser

pentis seponit: & cum pro uocando tã diu vmbra ca ude sue solert illudit: dõec ipm egredientẽ agnoscit. Tunc vero mustella desu per ascẽdit insidias tendẽs: vt cũ serpentis caput viderit capitalẽ vidictaz sumat de boste quẽ numq̃ diligenter potuit. Prouocatus itaq̃ serpẽs: ex cauerne fozamẽ caput emittit: & cum nihil deozsuz videat verso gutture respicit sursum. Sed mustella cernens tempus optatum dẽtes iprimit citra venenu:u: sicq̃ absq̃ periculo inimicum occidit: hec est enim prima serpẽtis astutia: i qua fratres mei mũdi sapientes notantur quorum prudentia non in celestibus: sed i terrenis tota versatur: quib9 diabolus in vmbra mutabilium rerum illudit. illudendo decipit decipiẽdo occidit. Et ne forte valeant aspirare in ipsis terrenis cupiditatibus: sepe eos cogit expirare. Secunda prudentia in serpente est q̃ quãdo in aquã descendere cupit venenũ reponit in loco tutissimo: iz recedẽs ab aquis iterum resumit venenuz. Hec enim vestigia serpẽtis multi sequunt̃ qui post abrenunciationem mũdane uersationis. post habitũ sãcte religionis. post iuramentum sancte pfessiõis. post agnitionẽ sancte ueritatis: reuertunt̃ ad venenũ prauę ꝯsuetudinis: quibus melius eẽt veritatem nõ agnouisse: q̃ post agnitionẽ retrozsuz abire. In hoc enim vno fratres imitari debemus serpentez: qz venenũ deponit: sz non qz itez̃ venenũ resumit. Tertia prudentis serpentis ẽ: q̃ veterem pellem per singulos annos exuere didicit: quam depositurus angustũ fozamen inquirit. q̃ quod transiens cum dolore pellẽ derelinquit: sciẽs quia pelle deposita: pulchriõ apparebit. Per hoc enim fratres mei datur intelligi: vt & nos pellem vi

tiozum deponamus: ꝛ per foramen ſticmatum Chri ſti tranſeamus: ꝛ tunc pul chriores appebim⁹. Per hoc foramen diues ille za chеus intrauit qñ oia bo na ſua pauperib⁹ erroga uit. In hoc foramine ma ria illa meretrix in domo ſimonis: meretricis habi tum depoſuit: ꝛ plorãs ad pedes ſaluatoris veſtẽ ſibi inouauit. Quarta ſerpen tis natura eſt ꝙ dum ledi queritur in capite: vt vi tam conſeruet totum cor pus ad percuſſionem ex ponit: qz licet corpus per cutiat: ſi caput illeſum ſer uare poterit dãna: tñ mor tis nõ patiatur. Sic ꝛ nos cuncta nobis aduerſantia amore capitis ſubſtinere nõ timeamus: vt in beata vita quieſcere valeamus. Sic enim fecit petrus, ꝙ co i cruce ſuſpẽſus. ſic ꝛ bar tholomeus viuens decori atus ſic: et paulus capite truncatus: ſic ꝛ ſtephan⁹ lapidibus vulneratus: ſic et laurentius in craticula aſſatus: ſic ꝛ virgo illa ſan ctiſſima retorta in pectore que glorianter. ſic ampu tata. ſic vulnerata. ſic af flicta perducebaꝫ ad car cerem: ꝛ quaſi ad epulas inuitata: precibus domi no agonem ſuum ſolẽniter cõmẽdabat. Eſtote ergo fratres mei prudentes. et vigilemus in oratione. pa tienter oia tormenta por tantes amore illius: i quo ſalus vita ꝛ reſurrectõ no ſtra cõſiſtit. Stemus pru denter in oratiõe. Nam ſi cut angeli pure laudant de um in regione viuor. ita ꝛ nos ꝙ die ꝛ nocte pſalimuſ dño: debemus cuꝫ ſanctis angelis puritateꝫ habere: qz ſicut angeli peragũt in celis. ita ꝛ nos monachi fa cere debemus i terris. In hac igitur fratres mei ſoli tudine conſtituti: toto affe ctu orare debem⁹ et pati. Patienter enim portare debemus omnia: nec dice re preſumamus. Ecce le gumina vẽtoſa ſunt: caſe⁹ ſtomacũ grauat: lac capiti

nocet: aque potum non su-
ſtinet pectus: caules melā
coliam nutriunt: colleram
pozzi accendūt: piſces mi-
bi nō ſapiunt. Nolite hec
dicere fratres mei: nolite
ēt cogitare: Non enim ſe-
culum reliquimus: vt deli
cate paſceremur in bere-
mo: ⁊ licet in heremo non
ſemp comedatis lac. buti-
ruz. caules. vel legumina:
licet hec non ſumatis niſi
tantū diebus ſolēnib⁹: ⁊ il
lis quib⁹ viſitamini a ſan-
cto ſene epiſcopo valerio:
ſed cunct⁹ diebus alijs ber
bas crudas. panem ozdea
ceum: ⁊ aquam ſumatis:
non tñ ſufficit tantum coz
poze abſtinere: ſed ēt men
tem illeſam ſeruare debe-
mus. Eia ergo fratreſ mei
dilectiſſimi: quoz vita vt
puto ſancta eſt vt multi ex
vobis viderūt ⁊ audierūt:
veni ad ciuitatez yponen-
ſem: ⁊ ſecure perueni: qz
ibi epiſcopus erat ſanctus
homo ille valerius. Non
enīz credebaz epiſcopari.
ideo ſecure pueni cuz cariſ
ſimis meis amicis. Eno-
dio Simplicio Nebridio ⁊
Aleppio. nil mecum diuiti
aruz portans. Et dei gra
tia me coadiuuāte ſauoza
tus non modicū a predicto
ſene valerio fui q̄ mibi de
dit ozturuz in heremo agē
tibus ſegregatuz: vbi mul
to labore fatigatus edifica
re cepi monaſterium: ⁊ cū
longiozi anxietate congre
gaui in vnum ſeruos dei q̄
nemoza bab tantes. ⁊ ſic
vobiſcū pariter viuere ce
pi ſecunduni regulam apo
ſtolicaz omnia cōmuniter
poſſidētes. Deinde placu-
it ei qui me ſegregauit de
vtero matriſ mee: mibi di
cere. aſcēde ſuperius: ⁊ cū
magna moleſtia fact⁹ ſuz
epiſcopus p̄reſbyter. Et
quoniam vobiſcum eē bic
non poteram: in domo epiſ
copi p̄reſbyteroſ mecū ba
bere voluit: ⁊ cum eiſdem
pariter viuere cepi. vos ve
ro tales inueni: quales de
ſideraui: caſtos: benignoſ:
modeſtos: humiles volun
tarie paupes: obedientes:

ſolitarios: miſericordes: mundum cũ omni ſua pompa calcantes. Sed q̃d hec oia ſine ꝓſeuerãtia Eſto te ergo prudentes perſeuerantes in bono: ⁊ vigilate in orationibus: q̃ diabol⁹ aduerſarius regnat: a quo vos liberare dignetur dominus omnipotens Amẽ. Supplico vobis frẽs vt nõ turbemini de recceſſu meo. Decreueram. n. diu inter vos conſolari: ⁊ vobiſcum bitare vſq; ad feſtum dñice aſcenſionis: ſed quia aduerſari⁹ noſter foꝛtunat⁹ ad ꝓtes puenit. iõ redire bypponã oio cõpelloꝛ cupiens illũ uidẽ: ⁊ cũ eo pariẽ diſputar. Ipe. n. toto affectu diſcipar cõar filios: q̃s pepi in viſcerib⁹ caritatiſ. Orate ꝓ me frẽs ⁊ nolite deficẽ: vt foꝛtunatuꝫ ſicut publice ſancte fidei inſidiatur. ita ⁊ nos ipſum cum ſuis cum dei gratia coadiuuãte pulice ſuperare et conuertere ad viam veritatis poſſimus. Amen.

De obia ad p̃ſbyteros ſuos ſermo.

In omnibus operibus veſtris ſacerdotes dei altiſſimi ſemp memoꝛes eſtote mandatoꝛuꝫ dei: ⁊ in oibus ſitis obediẽtes: vt digni repꝛomiſſiõe per eius gratiam inueniri poſſitis. Scientes q̃ ſine obedientia omnia vacua: ⁊ cũ obedientia omnia plena caritate reperiunt. Obedire igitur nobis neceſſe eſt non tantum bonis ⁊ modeſtis: ſed etiam diſcolis ⁊ malis. non tamen q̃ mali ſunt: ſed q̃ bona obſeruare pꝛecipiunt: quib⁹ obedire debemus O venerabilis ſanctaq; obediẽtia ſalus oiuꝫ fideliũ: cuſtodia oium virtutũ: tu celuꝫ aperis ⁊ iuferniũ claudis: Tu ẽt filium dei ad terraꝫ poſuiſti: ⁊ venit inter boies nõ vt faceret voluntatem bois: ſed voluntatẽ patriſ eius qui eũ miſit. Uolũtas eiꝫ pꝛis fuit: vt redimeret bumanũ gen⁹: vt recõciliaret et creaturã ſuaꝫ q̃ pie

rat: Et vt hec voluntas p
ficeret: filiꝰ fuit obediens
vsq; ad mortem. Ut ꝯ nō
esset nobis obediētia labo
riosa: exituꝫ pītis vite sal
uatoꝛ per obediētiā termi
nauit. Iure ergo obedien
tia omni sacrificio prepo
nitur: quia de potestate di
aboli nos eripuit: quod nul
lum legale sacrificium fa
cere potuit. Nec miruꝫ si
nos peccatores obediētie
in hac vita subiicimur: quā
do hanc mediatoꝛ dei ⁊ ho
minū etiā in morte non de
fuit: ⁊ ei se subiecit: q̄ per
omnia erat patri equalis.
Nos autez propter pecca
tuꝫ alijs hominibus subie
cti sumus. Nā natura om
nes equales genuit: sed in
equalitas q̄ accessit ex vi
tio: est ordinata ex dei iudi
cio. Unde nos oportet obe
dire hominibus. Sed per
obedientiam nunq̄ debet
fieri malum: etiam si ange
lus. vel archangelus: che
rubim. vel seraphim. tibi
præcipiat: Nec etiam ipse
de: qui est benedictus in
secula: potest nobis præci
pere q̄ toto affectu eū nō di
ligamus. Sed scire debe
tis sacerdotes dei: quia p
pter obedientiaꝫ: aliquan
do debet bonum quod agi
mus: intermitti. Uerum
quia nonnunq̄ nobis istius
mundi prospera: nonnunq̄
iubēt aduersa. propterea
sciēdū ē q̄ obediētia aliq̄n
si de suo aliq̄d habeat: nul
la est: aliquādo si de suo ali
quid non habeat minima
est. Nam cum huius mun
di prospera precipiuntur.
cuꝫ locus superioꝛ impera
tur. is qui ad hec percipi
enda obedit: virtutem obe
dientie sibi euacuat: si ad
hec ex ꝓpꝛio desiderio an
helat. Rursum cum mun
di despectus p̄cipit̄: cū pꝛo
bra contumelie iubentur:
nisi ex semetipso aīus ap
petat. obedientie meritu
sibi minuit qui ad hec que
in hoc mūdo despecta sunt
inuitus nolēsq; descendit.
Debet ergo obedientia in
aduersis ex suo aliquid ha
bere: ⁊ in prosperis ex suo

aliquid non habere. Quod bene ostendimus: si duorũ amicorum dei facta in medio proferam⁹. Moses: n. deo iubente vt israelitice plebi preesset: apud se bumilis fuit. ⁊ gloriam tanti regiminis considerans ⁊ expauescens: ne hoc reciperet: se humiliter excusauit. Sed paulus apostolus dei reuelatiõe admonitus vt Jerusalẽ pergeret: nec ignoraret ea q̃ ibi pati deberet: vnde cũ fideles vellent eum tenere: exclamauit. Ego autem non solum alligari sed ⁊ mori parat⁹ sum pro nomine Jesu: Ecce ierosolimaz pergit: per reuelationem aduersa cognoscit: ⁊ tamen hec libenter appetit. Moses autez ad ꝓspera de suo nihil habuit. quia precibus supplicauit: ne populo preesset. ꝓ Paulus etiam ex suo voto aduersa suscepit. qz mala imminẽtia cognouit: ⁊ ad acriora se preparauit: Moses autem glorias potestatis voluit declinare: ⁊ pauluis dura ⁊ aspa voluit sustinere. Ergo vtrorumq; seruorũ dei virtute instruimur: vt si obediẽtie palma comprehendere nitimur: prospera mundi ex sola visiõe suscipiamus: ⁊ aduersa ex deuotione cõplectamur. Ego sacerdotes dei altissimi vt multi vestrum viderunt ⁊ audire potuerunt. veni ad hanc ciuitatem cum carissimis meis amicis Enodio Simplicio Alcippio. Nebridio ⁊ anastasio. Securus deniq; veni: quia sciebam presulari sanctum senem valerium. Propterea securus accessi non vt haberem in vos potestatẽ: sz vt abiectus essẽ in domo domini omnibus diebus vite mee. Nec vt ministrari deberez. sed ministrare: ⁊ pacifice viuere optabam in solitudine. Nihilq; diuitiarum mecum detuli. sed dei gratia coadiuuante fauoratus etiaz a sancto sene episcopo valerio monasterium in heremo a gentibus segregatũ multo

labore fatigat⁹ edificaui. ⁊ cū longiori anxietate ser uos dei per nemora bitan tes in vnū congregaui: ⁊ cuꝫ eis parit viuere cepi: secū duꝫ modū ⁊ regulā iub sanctis apl̄is ꝯstitutam: oia cōiter habentes ⁊ pos sidentes: viuentes in vigi liis ⁊ orationibus vltra id quod explicare possumus. Quoꝝ fama ad aures san cti episcopi Valerij peruenit: ⁊ placuit sibi nos in be remo visitare: et stetit no bis cū. xiij. diebus: donās mibi ortuꝫ amenitatibus plenum in planitie positū. Et q̄ agentibus segrega tus erat locus: libenter il lum suscepi: vt edificareꝫ ēt monasteriū fratrū: quos tales inuenerā quales iuēi re desiderauerā. Quo edi ficato: placuit ei qui me se gregauit de vtero matris mee: ⁊ vocauit me p grām suam: mibi dicere. Ascen de superius: Et sic cuꝫ me lestia ⁊ cū grādi ānxietate: factꝰ suꝫ ep̄s p̄sbyter. Et q̄ cum fratribus meis vt bactenus fecerā: semper corpore bitare nō poterā: ꝓpterea infra domuꝫ epis copi vos clericos bēre uo lui: ⁊ mox vobis cū ꝺꝫ formā apostolicam viuere cepi. Placuit autē vobis oibus vnum in deo sentire: ⁊ oia cōmuniter possidere. Hec aūt facere voluistis non co acte sed sponte ⁊ vsqꝫ ad mortem viuere sine ꝓpzio ꝓfiteri voluistꝫ. O presby ter attende: et vigilanter attēde: quod ꝓmittere tuū fuit: sed dimittere nō ē tu um. Alligatus es vxori: no li iam querere solutionemꝫ. Absolutus es ab vxore: no li quere vxorem: q̄ mecuꝫ babes causam. Ligasti te mibi: nnq̄d te cōpuli? Nū quid te rogaui vt venires? Nūquid applausi pronit tens bec ⁊ illa? Absit dio. Igitur esto fidelis: ⁊ dabo tibi coronaꝫ vite. Noli mi bi resistere: sed esto vsque ad mortem obediēs. Noli mibi resistere: q̄ dis ptās a deo ē: ⁊ q̄ ptāti r̄sistit deo resistit. Nō tm̄ veni vt sup vos ptātem bērez: sed tm̄ vt cū fratribus meis viue

rem in solitudine. Et ecce nunc eps sum: ⁊ pauperez me esse nõ erubesco. Quare? Quia pauper: pauptatẽ seruare ꝓmisi. Cauete ne paupez reliquat̃. Paupes mecũ eẽ voluistis. cauete ne a diuitijs capiamini. Uolũtas mea fuit. vt semper toto affectu paupes simus Quod ⁊ si ñ fuerim⁹: hec pauptas quã foris gerimus: ñ pauptas: sed grã dis miseria estimãda est. Nolite ergo mihi resistẽ: q2 ois potestas a deo est. Non. n. cõtemnẽda est potestas: siue mundi siue ecclesie sit. Potestates enim omnes a deo ordinare sũt: nam dominus dum leprosos curasset. eos ad potestatem misit dicens. Ite ostẽdite vos sacerdotib⁹. Et ad samuelem cuz sperneretur a iudeis: ait dominus: Non te spreuerũt sed me. Et ad Oseem: Nõ q̃ cunq; fecerit superbiaz in sacerdotem: aut in iudicẽ: morietur. Cauete ergo sacerdotes ne aliquis vestrũ audeat insurgere contra ꝓpositum: vel presbyteruz: qui omnium vestruz curã gerit. Ipsi enim positi sunt in ecclesia ad nostram vtilitatem: vt ꝓuideant quid agere debeam⁹: vt etiã ꝓ nobis rationẽ deo reddãt: ⁊ vnitatem ecclesie custodiant. de qua dominꝰ nos voluit esse sollicitos: nẽ tã quam oues non bñtes pastorẽ per diuersos errores ab vnitate fidei diuisi essemus. Sicut. n. vnꝰ est dominus: ⁊ vnꝰ pastor: sic et vnũ ouile esse voluit. Propterea noluit dñs scidi tunicam incõsutilẽ que integra erat. q2 non patit̃ ecclie violari vnitatẽ. Ideo Paulus ait. Obsecro fratres per nomẽ dñi iesu xp̃i vt non sint in vobis scismata: sed seruate vnitatẽ spiritus in viculo pacis. Nã sicut multi radij ꝓcedunt ab vno sole: ⁊ tñ vnũ lumẽ ẽ: ita ⁊ nos multi ab vno capite ꝓcedẽtes: oia pacifice ⁊ cõit̃ possideꝛ debem⁹. Insurgunt enim frequẽter

inter nos tempestates inimicorum volentium nras concordias rumpere: et discordias seminãdo unionẽ pacis extinguere. Aggrediuntur nos frequẽter leones terribrimi: vt caput feriendo: mẽbra saltez moueantur terrore. Et quod grauius mihi est non soluz a malignis spiritibus sepe mala patimur: sed ẽt a domesticis vilanianur. et frequenter peiora sunt intestina bella: a quibus nõ cauetur: q̃z forinseca: que preuidentur. Ecce enim babel iustus a domestico fratre occiditur. Esau fratrez fugientez psequitur: Joseph a fratribus venditur: Et a discipulo saluator traditur. Hec omnia mala facta sũt: q2 obedire neglixerũt. Similiter accidit Januario nostro: qui colũna obedientie: et paupertatis ĩter nos esse videbatur. cuius perditionem frequenter flere et vlulaꝛ debem⁹: nam ad nos cum lacbrymis venit: et paupertatem quam diu viueret seruare promisit: et tñ vineam et agrum nobis ignorantibus in seculo possidebat: O professio mortifera. o proditoria, pmissio ore dicebat et corde odiebat. Scim̃ credebamus: q̃ oĩb⁹ peior erat: Et sic annis. xij. et ampli⁹ Januarius noster: vt vidistis et audistis: male vixit: et male morit̃. Quare vl quomodo male vixit: nisi qz quod suum non erat: secrete tenuit: Quomodo ẽt male morit̃. nisi quia in fine se non cognouit: et obstinatus in suo sensu: nobis ignorantibus: testamentũ fecit: et filium quem habebat i seculo diuauit. O vtinam saltem in fine hoc nobis dixisset. vt orãtib⁹ nobis veniã impetrasset. sed nec confessus fuit: nec euz feciſſe penituit. propter a de meis nõ est: nec duz, viueret erat. Ligate igr̃ manus cadaueri ei⁹ ponẽtes i panno ligatos centũ et vndeciz sicles: quos i pariete cellule retinebat: flentes et

dicentes: pecunia tua te cum sit in perditionē. Nō enīz licet vbi seruis dei eā collocare: vel ponere in victu vel in vestitu: vl in opere monasterij: qz precium damnationis est. Eia igit sacerdotes dei cauete ne deficiatis in tentatōibus. cauete ne rebelles mihi sitis publice vel occulte. Si tis mihi fideles. sitis mihi z obedientes. Et si vobis graue est z molestuz: egredimini foras. pgite ad fratres meos. z discite ab eis qz mites sunt: z humiles corde: pauperes spiritu: z filij obedientie. Egredimini foras. z quid estis: z qd ipsi sint: considerare vos volo. Nūquid z vos tales estis: quales z ipi sunt: Ō vtinā tales essetis: quales z ipsi sunt. vos.n. vorato res estis. z ipi sūme sobrietatis. vos discursores ciuitatis: z ipsi visus hominum fugiunt. vos impudici: z ipsi casti. vos derisores: z ipsi feruētissimi oratores. vos pellibus cunicu lorū vel varior ornati ice ditis: z ipsi oio colore niger rimo asperrimoqz induti sunt: preter ea que intrinsecus sunt. Vos delicate pasci sūme curatis: carnes varias affectantes: z ipsi postq̄ heremū intrauerūt nūquā carnes sumpserūt. Vos vina electa z ebria tia queritis: z ipsi pausillū aque recipiunt. Vos balthei militū mundo appa rere desideratis: z ipsi zonis camelor renibus succincti mor helie z iobānis sūt decorati. Ō vinea mea electa: ego te plantaui. cauete, deprecor ne cōuertaris in amaritudinē: ne me paupem dimittas: z ianuariū diuitē sequaris. Ō vinea mea felix: cuius botr? sūme pertimesco ne sit ifine amrissimus. Ō quid facie mus tunc in die illa calamitatis: in qua deus pater dicet filio: voca operarios z redd illis mercedē: Tunc ante iudicem audietur. vox rebellionis vestre: qd pmiseritis: et quo

ea seruare voluistis. Fugere mundum et que sua sunt contemnere promisistis. & ecce iam rebelles totis affectibus in mundanis preoccupati estis. Cur ergo mutastis: sii bis paschalibus diebus presentialiter vobiscum non fui: Placuit. n. mihi segregare me a vobis: pgere ad fratres meos in solitudie: qs vt frequēter dixi: tales inueni: quales inuenire desiderauī. Cur & turbamini: Nūquid ipsi vere pauperes: Nūqd obedientes: Nūqd mūdus: & pompas ei⁹ oculcauerūt: Nūqd in forma viuēdi vos multo tē pore precesserūt: Nunqd vere fratres mei: & pres sunt: Nūqd p eoz exēpla: ad viam veritatis pueni: Nūqd eos semp dilexi: & eoz sanctā uersationem semp desideraui: Nunqd ēt per Simplicianuz liguriensez in side instructus iuz: Cur & murmuratis: Cur de mea absentia dolorē bēre ostēditis: Facite que placita sunt mihi: & tunc vbicūque fuero: vobiscum ero vsque ad cōsummationem seculi. Decreueram enim cum eisdē rusticanis meis in charitate humiliter bitare vsque ad festum sancte ascensionis domini: nec ad vos redire optabā quousq; vos emendatos esse cognouissem. Sed quoniam fortunatuz aduersariuz ad partes occulte uelut lupū peruenisse iaz sentio: ideo cōpulsus reuers⁹ sū ad vos: cupiens illuz videre: & cū eo pariter disputare: & illum cōculcare domino auxiliāte: qui totis viribus dissipare conatur & iugulare filios: quos peperi in viscerib⁹ charitat. Orate igitur. & nos vobiscum orare volumus: desinētes de mea absentia amplius litigare. Orate et nolite deficere vt Fortunatum manichēorum presbyterz: sicut publice scte christiane fidei insidiat: ita & nos cū suis dei gratia coadiu-

uante publice eũ superare
possimus. ℚrate sine inter
missione: vt manere digne
possitis in vocatione cleri-
coꝝ: qua per gratiam dei
vocati estis: vt dum voca
bimini: mercedeꝫ in die no
uissimo accipere mereami
ni: ⁊ non sicut ficus absq;
fructu maledicamini ⁊ suc
cidamini ⁊ in igneꝫ mitta
mini: tanq; destructoꝛes le
gis terraꝫ occupantes. ⁊ p
eũtes i iniq̃tatib⁹ vestris.
adiuuet aũt vos ipse deus
ad perficiendum mirabilia
de lege sua: qui est benedi-
ctus in secula. amen.

De misericordia Sermo. v.

FRatres carissimi an
nuntio vobis gaudiuꝫ
magnũ: quoniaꝫ Fortuna
tum manichеoꝝ presbyte
rum dei gratia superaui-
mus: ⁊ obstinatus i suo sẽ
su velut alter filius perdi-
tionis a plebe nostra recef
sit confusus. Post cuius re
cessum baptizaui fere. lx.
paganos: qui sibi aliqualiꝫ
adherebant. Et ecce mo
do reuersus suꝫ ad vos. cu
pienſ perficere opus quod
incepi. Beati igitur mise
ricoꝛdes: quoniam miseri
coꝛdiam consequentur. ℚ
si diligenter cõsideremus misericoꝛdiam dei in
nobis possem⁹ habere mi
serendi foꝛmã. ℚ fratres:
quid cbꝛistuꝫ incarnauit:
nisi misericoꝛdia! ℚuid eũ
subiecit nostre miꝑie: nisi
sola clemẽtia! ℚ beata mi
sericoꝛdia: que sola comer
tium nostre salutis agno
uit. Sola. n. misericoꝛdia
ad deum diꝛigit hominꝫ:
sola ad deuꝫ deducit homi
nem: sola deuꝫ deducit ad
hominem. Hec est sola me
diatrix auersos consolãs:
hec diſiũctos copulat: hec
sola deum humilians: nos
sublimat. ℚ quaꝫ pia fuit
dei descẽsio vt nostra esset
gloꝛiosa assumptio. ℚ gra
dis misericoꝛdia. ℚ. infini
ta. tu sola potuisti trahere
deũ de celo ad terrã: ⁊ nos
de exilio ad regnũ erigere.
ℚ magnũ miꝑicoꝛdie vin-

culum: quo deus ligari voluit ⁊ potuit: ⁊ homo ligatus vincula iniquitatis disrūpit. O monache si tuam considerares miseriam: ⁊ opera dei erga te: non inuenires nisi misericordiā. Misericordia est si flagellat vt emendet: si a pecca to per tribulationem liberat: si ipocritas ⁊ tyrannos regnare ꝓmittit. Hec enim omnia deus cum misericordia facit: cupiēs nobis vitam eternam donare. Attēdite ergo fratres mei attēdite: naz in pastore debent eē simul misericordia ⁊ iustitia. Miseri cordia.n. sine iustitia destruitur: ⁊ i crudelitatem cōuertit: Et iustitia sine misericordia: nūquid accepta ē apud deū? Absit. Justis.n. ⁊ iniustis beatis ⁊ dānati misericordiā cū iustitia semp agit oipotens de⁹: qz beatis dat gloriaz quam nō merent hze quibuscunqz bonis cōmissis: ⁊ malis dat penā: quā maiorē merent hze de malis commissis. Estote ꝛ frēs mei misericordes: sicut pater vester misericors est. Estote misericordes pēsantes q̄tū Moses i misericordia floruit ꝓpter ꝓplm: ꝓ cui⁹ salute petiit deleri de libro vite: ⁊ quāto itez ze lo rectitudinis obtinuisset veniā cū ait ad ꝓplm. Ponat vir gladiuz sup femur suū. Ecce qui vitā omniū cū sua morte petiit: pauco rū vitaz gladio destruxit: intus igne amoris: ⁊ foris accensus zelo iustitie ⁊ se ueritatis: vtrobiqz fortis legatus: cām populi apud deū p̄cib⁹: ⁊ causam dei apud ꝓplm gladiis allegauit. Studeamus igit frēs mei: misericordiā dum viuimus: rape. Libet a nobis esuriēs: uestiat a nob nudus: recipiat a nobis peregrinus: ysolet ꝓ nos pupillus: visitet a nobis infirmus: sepelliat a nobis defunctus. Jsta.n. sunt opa misericordie: de quib⁹ interrogari debemus in die nouissimo: Sz dicetis. Ecce

in beremo sumus: paupe-
res videre non possumus:
t orphanos pupillos t vi-
duas: quomodo consolari
valemus? Ortuos sepe
lire quo possumus? O fra
tres mei bene scio vos in
beremo ee: nec pauperes
vos videre credo: nec uos
monasterium exire cupio:
vt matres vel primos co
solari possitis. Quam plu
res. n. cognoui p hac cau
sa monasteriu exiuisse: q
tn ad monasteriu nuq re-
uersi sunt. Sub specie bo-
ni multa mala fiunt. Ecce
. n. diabolus dicit. O mo-
nache an ignoras tua ma
tre dolere? Ecce nup ma-
ritu amisit: filiu sepeliuit:
possessione pdidit: infirma
tur ad morte: vellet forsi-
tan pfiteri. quid i beremo
agis? Quid cogitas? Sur
ge velociter: egredere mo
nasteriu: igredere ciuita-
te: penetra domus paren
tu: exerce i eis opa miseri
cordie. Hoc. n. deus vult:
hoc fieri precipit. Duz. n.
seruus dei hoc cogitat: ali
quando exit monasteriu
credes bn facere. Et ecce
. n. du appropinquat: ma-
ter filiu osculat: p amplec
tit: parentes applaudunt
dicentes. Molinos derelin
quere: Fratres eni sum:
pater noster atiquus e: ti-
bi icubit familiaz regere.
Quid g amplius ad mona
sterium redire presumis?
Et sic audito sentit: t co
sentiendo remanet. t in se-
culo remanendo oib peior
efficit: t quicqd boni fecit
amittit. Cauete igit fres
mei: cauete a malitia dia-
boli. Exercere tn vos vo-
lo opa mifi cordie. t si i se-
culo no habitat: nec inter
gentes: exercee tn opa mifi
cordie bn potestis. orando.
obsecrando. t deprecando, p
orphanis et pupillis. Si
hoc no videt vob sufficere:
pensare debet quo cetuz et
plures i monasterio simul
habitat: t sepe infirmami
ni: sepe a diabolo affligimi
ni: sepe patimini. nunquid
t sepe morimini? Exercee
g potestis et iter vos ope

ra pietatis. Et dicet quis
et vobis. Patrez in seculo
habeo: z ego vsq; ad moz-
tem in monasterio viuere
deo promisi. Ecce enim pa
ter infirmatur: non potest
sine me viuere. Quid ago:
quid eligo: Si exiero: votū
frango: Si stetero: patrez
mozi permitto. Quid ergo:
O fratres mei attendite
quid agere debeatis: sicut
nunc mihi occurrit. Nam
si pater alicuius sine mo-
nacho filio viuere nullate-
nus potest: procurare de-
bet filius: quomodo de bo-
nis monasterij patri subue
niatur: Et si monasteriuz
impotens fuerit: filius to-
to affectu videat quō pa-
tri non deficiat. Et si non
viderit: cum dei benedicti
one monasterium de licen
tia maiozis exeat. z verbo
z opere patri subueniat.
vt non deficiat ex negligē
tia. nec votuz frangere cre
dat. Si post eius patrem
viuendo remanserit. stati
ad pristinam vitam redire
non pigeat. sancte z iuste
viuendo. sicut incepерat.
z tanto fortius quanto sen
serit se plus in paterno mi
nisterio vltra necessitatez
grauatum. Nullus igitur
erit qui se a misericordia ex
cusare poterit: nec diues:
quia habet. nec pauper: qz
calice aque frigide non ca
ret: nec mōachus: quia sal
tem orare debet. O homo
qui crudelis es in alterius
iustitia te ipsuz prius agno
sce. Maz si bonus es o mo
nache: cadere facilitez po
tes. si diues es: donum for
tune est: non nature: si sa-
nus es: ecce infirmitas in
stat: si sapiens es: non ha-
bes constantiā. Igitur cir
ca omnes tam sapiētes q̄
isipiētes. tam circa sanos
q̄ infirmos. tam circa nobi
les q̄ ignobiles misericordiā
habe. O homo quid de te
erit: si saluator tuꝰ clemēs
z piꝰ fuerit. z tu misericordi
az ignorauerис: Nascatur
frēs mei misericordia inter
vos: nō tñ ex negligentia:
nō expusilanimitate. non
ex īdiscritōe: nō ex aī infir

mitate. ſz oibus modis ſit circũſcripta: vt ſic ſuũ reti neat ꝓpꝛiuz: quod iuſticie nõ auferat debitũ. O mo nache vide ſci ioſeph miſi cordiã: q̃ fratꝛ ſuoꝝ eſt ob lita iniuriam. Legite ffres dauid clemẽtiã. q̃ filiũ ꝓſe quẽtis deflebat demẽtiaz. O mõache ſi clauſeris vi ſcera miſicordie idigẽti: oio claudet tibi ianua xp̃i. Hec ẽ. n. pꝛta dñi. z iuſti ĩtrabũt in eã. Hec nouũ te ſtamẽtũ illuminat. z vete ris rigoꝛẽ extenuat. Hoc ẽ lignum: quo moſes aquas dulcoꝛauit: hoc eſt ſal: quo beliſeꝰ aquaꝝ ſterilitatem ertermĩauit. hec ẽ farina q̃ beliſeus mozte: q̃ in olla erat extirpauit. hoc ẽ oleũ: quod ſamaritanus infudit vlnerato. hec ẽ aq̃ iozdãis: q̃ curat lepꝛa naamã ſyri. Hec ſola virtus eſt q̃ diui dit ĩter crudelẽ z piũ ĩnter regẽ z tyrãnũ. O mõache vbi eſſes: ſi tibi dei miſeri cozdia nõ ſubueniſſet: Si. n. deus tecũ ageret diſtricta ſnia: nõ poſſes cogitare pe naz: que reſponderet tuis meritis. Omnia eni attri bue deimiſericozdie. z a ſi mili miſericozdiam expen das in vſum pꝛoximi: non ſis auarus ĩ miſerẽdo. cũ ſis expertus largitatez in deo. Amate ergo fratres mei miſericozdiam: q2 nũ q̃ vidi pium hominem ma la mozte finiri: quam mi ſericozdiam faciat nobis deus. amen.

De obedientia ſermo. vi.

O Fratres mei dilectiſ ſimi: obedire opoꝛtet deo in omnibus: ſi ſaluari cupimus ĩ beremo: z ſi diff ficile nobis videtur: conſi derare debemus obedien tiam filij dei: z noſtraz de ponere contumatiam non differamus. Ipſe eni dei filius obediẽs fuit vſq̃ ad cõtumeliaz crucis. z nos contemnimus eius obedi re ꝓcepti. Chriſtus. n. obe diẽs fuit vſq̃ ad mozte: non pꝛo ſua: ſed pꝛo no ſtra vtilitate. Eſtote ergo non pꝛo ſua ſed pꝛo veſtra

vtilitate ⁊ salute in oibus sibi obedientes. Ecce eiꝫ fratres angelus in oibus obedit deo. ⁊ tu q̄ cinis es ⁊ vermis cōtradicis deo: Insensibilia obediūt deo: ⁊ tu rationalis resistis deo. Sol a sua semita ñ deueniat: nec luna nec stelle: Oia enim celica suis indulgent officijs. tu vero dei volūtati in onnib⁹ quasi resistis. Ad nutū dei cāpi floribus decorant. terra imbribus fecundatur: frōdibus crispatur sylua. in nemorib⁹ citharizat auicula. oia deo obediunt: solus homo dei voluntati resistit. O mōache lege quod dicit. Melior est obedientia q̄ victime. Que causa est: nisi q2 i victimis aliena īmolatur caro sed in obediēcia volūtas ppria ⁊ caro mactat. Estote ergo obediētes: vt deum placare possitis de peccatis commissis. Tanto enim citius placat homo deum: quanto repressa arbitrij sui superbia. gladio precepti se immolat. Tenete ñ in obedientia fratres mei. Sub ipsa enī potest latere fel draconis sub specie melis. Lupus sub pelle ouina. i potu' dulci venenum lepe latitat: ⁊ in olla sepe mors ponit. Attendat ergo qui precipit ⁊ qui p̄cipit ⁊ qui obedire intendit. q̄ obedientia sit honesta. ⁊ omni discretione decorata. Alias si discreta ñ fuerit: crudelitas existimāda est. Si honesta non fuerit nullatenus obedire debemus. Verbi gratia. Si precipitur q̄ deum nō diligamus. vel q̄ deū odio habeam⁹: nūquid obedire debemus: Nunquid vel ipse deus hoc p̄cipere pō: Honesta igitur fratres debēt p̄cipi ⁊ iusta: et si honesta vel iusta non fuerint: nullatenus obedire debemus: etiā si apostolus nobis hoc indicauerit. Tenete igit fratres mei: ⁊ in cordibus alligate. q̄ obedientia sine discretione cassa est: ⁊ venit non ex parte obedientq̄ sed precipiētis: ⁊ obedien

tia bonestate priuata sup-
siones huius temporis ad
futurā gloriā: que reuela
bitur in nobis. Ergo mise
ricordia indigemus: quia
per nostra merita eternā
vitam acquirere non va
lem⁹. Cupis ergo o homo:
vt tui misereat dñs. Fac
vt primo miserearis. Tā
tū tibi miserebit de⁹: q̄tū
⁊ tu misereberis primo.
Tñ recipies in alia vita:
quātum facies in presenti
vita. Ora ergo pro defun
ctis: vt dum fuerint in eter
na vita: pro te orare nō ne
gligant. Expectant enim
vos: vt iuuentur per vos.
Tempus enim operandi:
iam profugit ab eis. Cla
mauit igit quottidie qui ia
cent in tormentis clamant
⁊ pauci sunt qui respondeā
ant. Vlulant ⁊ non est qui
consoletur eos. O q̄z gran
dis crudelitas frēs mei: o
q̄z grandis inhumanitas:
clamant ad nos quottidie:
qui duz viterūt multa ma
la pro nob sustinere volue
runt. nec eis subuenire cu
ramus. O vere magna in
hūanitas. Ecce.n. infirm⁹
iacet ⁊ clamat: ⁊ a medi
cis consolatur: clamat pro
cus ⁊ omnes cū eo clama
re non cessant. cadit a sin⁹
⁊ oēs eum subleuare festi
nant: sed clamat in tormen
tis fidelis. ⁊ non est qui re
spondeat. Ecce vestra in
humanitas fratres. Eia
ergo non sic: sed memento
te fratres q̄ sancta ⁊ salu
bris. pia: ⁊ felix. ⁊ suauis
deo ⁊ angelis est cogitatio
pro defunctis orare: vt
a penis quas pro peccatis
patiuntur: soluantur. Si
dicet quis: Ecce patrem
bonum: ⁊ piū: ⁊ humilē:

misericordem: ⁊ castuz: ⁊ omnibus virtutibus plenũ ⁊ ornatũ habeo: tunc si vera sunt que lego: euz esse beatuz non dubito: Cur ergo orare pro eo volo: cur elimosinam dare. cur ieiunare: cur sanctorum corpora visitare. non est ergo necesse pro eo orare: quia fidelis fuit: pius: castus: humilis: patiens: ⁊ cunctis bonis ornatus: ⁊ post aurum nõ abijt: nec i pecunie thesauris spauit: potuit transgredi ⁊ nõ est trasgressus: ⁊ facere malũ ⁊ non fecit. Quid ergo aliud credere debeo nisi qđ lego: Quid enim lego: vel quid predicare audio: nisi quod q̃ bene operabitur: bene remunerabitur. O homo hec que dicis: ego nullo modo tibi negare audeo. Quis enim fidelium dubitat: q̃ qui bñ fecerit bene recipiet. Consulo tamen: vt pro defunctis exorare non desistatis. Dixi enim supra: q̃ nemo sine crimine vivit: nemo gloriari potest castũ vel mundus se habere cor. Et quid ergo consulo quid volo: quid vel deprecor: misi q̃ dimittas incertũ ⁊ accipias certum: Quid est: quod est incertum: nisi q̃ nescis vtrum pater tuus crucieť: vel vtrũ dign⁹ fuerit odio vel amore: Multi enim fuerunt. qui reputati fuerunt sancti: ⁊ tamen in conspectu dei nõ boni: sed mali inuẽti sunt: accipe ergo quod est certum: ⁊ dimitte q̃ est incertum. Certũ enim est q̃ peccator fuit: licet bonis operibus ornatus fuerit: ignoramus tamen vtruz eternam gloriã meruerit possidere. Lege ergo o homo ⁊ opere implere festina: q̃ sancta ⁊ salubris ẽ cogitatio pro defunctis exorare ⁊ elemosinam dare: ⁊ carnez affligere: ⁊ opa caritatis exercere: ⁊ pegrinatiões facere: vt a peccatis soluanť. Nam ⁊ si sunt beati vel damnati pro quibus rogas dũmodo nescias ⁊ adeo reuelatum tibi non fuerit: non

beatis vel dãnatis iiurias facere potes: vel deũ offendere: tũc bono tuo nõ indigẽt: z si dãnati obtinere nõ valent. Ergo dum certus nõ sis: q nec beati nec dãnati sint: orare pro eis non differas: q2 vt supradiximus: bonis tuis nõ idigẽt q beati sunt z mali non obtinent: q2 dãnati sunt. Scias tñ z idubitãter credas: q licet pro defunctis beati vl dãnatis obsecres: bona q facis pro eis nõ amittis. Sepe.n. predicauimus: z sepe integra fide docuim9: q nullũ malũ ipunitũ z nullum bonũ irremuneratum erit apud quẽ nõ ẽ acceptõ psonarũ. Oratio.n. tua in sinu tuo cõuertet. Igit p defunctis semp orãdũ est: z si non proficiet eis quia beati: vel dãnati sunt: oro in sinu nostro cõuertetur: Sic enim semper boni erimus: sic pij z mis̄icordes: sic mala morte perire non poterimus: quia dominus custodiet nos in tota vita nostra: quam postea desirendo dabit illam quã nec oculus vidit: nec auris audiuit: nec in cor hois ascendere potuit. Festinemus ergo o fratres pro defunctis exorare: vt z ipsi festinent nos ad se vocare. Uident enim sanctam trinitatem: tantuz esse vnam quã tũ tres simul sunt: nec pl9 aliquid sunt due q3 vna vel tres: z in se infinite sunt: z singula sunt in singulis: z omnia in singulis: z singula in omnibus: z omnia in omnibus: z vnum omnia sunt. Et sic capere non potestis: quomodo sancta trinitas tres z vnuz sunt: ex emplum accipite. Unus enim3 est sol in celo currens: calefaciẽs: z fulgẽs. Un9 est in terra ignis. tria similiter habens: motum: lucem: z feruorem: nec lucem a motu z feruore diuidere potes. Sic est sancta dei trinitas. Et si eius misteriũ capere ñ valeam9. bene operari festinem9: vt sicuti est: sanctã trinitatẽ p gratiã videre mereamur.

Inhumanum est nanq; patriaz deserere: patriaz despicere: vel in ea nolle habitare. Bene ergo operari nõ pigeat: vt patriam habitare: t ad eam redire valeam⁹. Tãta ẽ.n. pulcritudo iustitie: tanta iucũditas lucis eterne: hoc est incõmutabilis veritatis t sapientie: vt etiam si nõ liceret in ea amplius manere q̃ vnius diei hora vel media, ppter hoc solũ înumerabiles ãni huius vite plenã delitijs t circumfluentia bonoz temporalium: recte meritoq; ptẽnerent hec oia. O regnuz dei gloriosum: o patria nostra desiderabilis: tm̃ vales q̃tum habeo: tm̃ emit de te vidua duobus minutis: q̃tum Petrus qui reliquit oia: q̃tũ zacheus dãdo dimidiaz pr̃imonij partem q̃tum maria sororis lazari: que oia vẽdidit: t añ pedes apostoloz posuit. Cur ergo bene operari pigri sumus? Cur p:o defunctis exorare negligimus? Intueamur & frẽs pr̃iam nostrã nõ solũ ex hoibus sz ét ex ãgelis atq; archãgelꝝ thronis t dñationibus: principatibus t potestatibus: congregatam. Ibi etiã scãz t idiuiduã trinitatẽ sicuti est: homo videbit: plus tm̃ vel abũdantius: q̃z ũ plus in via operando meruerit: clarius videbit. Non tam̃ q̃busc̃uq; bonis oneratissimus: ppter hoc eã emere valemus: nisi per gratiaz possidere. Tunc.n. omnes ditenti erimus: omnes felices: o ois iucũdãtes. Hec ẽ enim illa optima pars: quã maria elegit quiescendo t sedendo ad pedes dñi. Cõtemplabat.n. ipsa deum t hoiez ideo optimã partem elegit. Quare optimã partem dicit: nisi quia per contemplationem eterna vita designatur? Optima vita est.n. q2 secura est. q2 eterna est. q2 vera est: q2 felicitas nostra ẽ: deũ habere: deũ videre: deũ cõtẽplari. Idco optima pars ẽ: quaz partẽ nõ possum⁹ hic possidere. Quare? Quia q̃z diu

uimus ꝓegrinamur a dño
t ſemꝑ in ꝑiculo ſumus: t
ſemꝑ in labore in hac vita
cū Martha fatigāur. Su
mus. n. hic cū martha la
borātes: boſpites recipiē
tes t miniſtrātes ſuis dei
que neceſſaria ſunt. Mane
ptem martha elegit t bōa
fuit: ſed nō optima: qz non
eterna. Bona tñ fuit: quia
ꝑſeuerando in opibus cari
tatis: ſedere ad pedes dñi
in eterna vita cū ſolore me
ruit. Feſtinemus ergo ex
ra pietatis exercere t pro
defunctis exorare: vt vide
re poſſimus t reuerēter ſa
lutare ꝓphetas ſanctiſſi
mos t patriarchas vera
ces. Iſti. n. ſunt quoꝝ no
mina manēt in eternū: qz
deo digni ſunt: fide precla
ri: boſpitalitate precipui:
aſtuti in ſenſu: ſapiētes in
opere rebus ſeculariꝫ lo
cupletes: repatores orbis
terrarū atqꝫ recreatores
credulii in ꝓmiſſiōibus: an
gelorum ſuſceptores: facie
ad faciem deum videntes:
prudēter t victorioſi: quo
rum iperſiſtās non ceſſa
uit quoadu ſqꝫ trs ex eorū
germine ꝑ vtrꝫ beate vir
ginis: q̄ eſt ſpes oiuꝫ gētiū:
natus in mūdo: corruſcan
do in mūdo appuit. Iſti. n.
ſunt ſancti viri: cū quibus
locutus ē deus: t oñdit eis
ſecreta ſua: vt ea q̄ vētura
erāt quaſi p̄ſentia ſpū ſan
cto illuminati agnoſcerēt.
Feſtinemus ergo frēs ſe
culū exire: vt etiā ſalutar
t videre valeamus ſctōs
apoſtolos: quoꝝ oculi bea
ti: q̄ deū in carne viuentꝫ
videre meruerūt quoꝝ fru
ctus in patria in eternum
manet. Feſtinem⁹ ēt frēs
mei ingredi ſancta ſcōꝝ: vt
etiā valeamus videre ſan
ctos dei martyres: q̄ car
nez domuerūt: ſpūꝫ robora
uerūt: demonibus iptraue
rūt: virtutibus corruſcaue
rūt: p̄ſentia deſpexerūt: t
illā patriā de qua nunc lo
q̄mur voce t moribus pre
dicauerūt: Feſtinem⁹ igit
fratres etiam ingredi ſan
cta ſanctorum: vt videre
valeamus ſanctos dei con

fessores: qui licet persecutorum rabiem nō senserim: tñ per vite meritum deo digni premio martyrij non priuantur. quia martyrium non tantum effusione sanguinis: sed etiam abstinentia peccatorum & exercitatione diuinorum preceptorum perficitur. Festinem⁹ etiam fratres mei ingredi sancta sanctorum: vt videre mereāur & salutare reuerenter sanctam dei genetricem cum sanctis suis virginibus: que suis exemplis vtriusq; sexus multitudo eius sequitur vestigia: & relictis nuptiarum copulationibus: dimissaq; liberorum propagine sponso qui in celis est perēni mēte: actu: habitu: & gestu applicari meruerūt. Iste.n. fuerūt virgines sacre deo deuote: que in vita sua fuerunt orationibus instātes ieiuniis adherētes: elimosinas facientes: pauperes recreantes: in tribulatione gaudētes: in bello potentes: in damnis tempo-

ralium: rerum deo gratias agentes. Festinemus ergo fratres mei istos imitari sanctos. Discamus ab eis opera caritatis sine intermissione exercere valenter: vt per gratiam mereamur deum videre facie ad faciem sicuti est: Quod nob cōcedat ille qui est scōrum oīum virtus & salus. Amē.

De penitentia sermo. xlv.

u Enite penitentes: & non scitis deridētes. Penitentes niutate vitā: & reconciliamini vos deo cum catbena illa: de qua christus dixit: Quecunq; ligaueritis in terra: erunt ligata in celo. Addis ligaturam: & deo potes facere imposituram: Penitentiam agis: genua figis: & derides: & subsannas: & penitētiam dimittis. Penitēs es. pēiteat te: & si ñ pēitet te: pēitēs ñ es. Et q̄d es frēs carissimi? Egrotāt boies: ad ecclesiam mittunt vel portantur & baptizantur & renouantur: & felices exeunt hinc si tñ pmāserūt penitē

tia. Qui nō accepit baptiſ
muz: nondū violauit ſacra
mentuz. Qui aūt accepit:
violauit male ꝛ ꝑdite viuē
do. Ideo remotus ab alta
ri eſt: ne iudiciū ſibi mādu
cet ꝛ bibat. Uitā ergo mu
tet ꝛ corrigat ſe: ꝛ recōcili
etur. Sz ſi non venit dū ſa
nus ē: ſz expectat ēt recon
ciliari in pnti: qñ icipit mo
ri: vt expti ſumus multos
expectaſſe recōciliari moz
te appropinquāte: hoz ſa
lutē ꝓfiteri nō audeo. Hoc
aūt dico in ꝓſpectu dei: ad
timorem veſtrū ꝛ timorez
meū. Qui aūt nō timet: nō
me timentē cōtemnit: ſed
malū ſuū Audite ergo: que
dicturus ſum. Certus. n.
ſum q̄ hō baptizatus mun
dus eſt: ſed vitam poſt ba
ptiſſum nō audeo dicere ſi
ne pctō. Si quis tñ vitam
ſine crimīe duxerit aliqua
tñ peccata habuerit: que
quottidie dimittunt in ora
tione dicente: dimitte nob
debita nr̄a ſicut ꝛ nos di
mittimus debitoribus no
ſtris: ꝛ alijs fecerit quod
ſibi a deo fieri cupit: hic
qñ finierit: vitā non finit:
ſed trāſit de vita ad vitā:
de laboriosa ad quietam:
de miſera ad beatā de tpo
rali ad eternā. Si quis ēt
ſiue curat de volūtate ſua
ad baptiſmū: ſiue in peri
culo ꝓſtitutus baptizetur:
ꝛ exeat de hac vita: ad de
uz vadit: ad requiē vadit.
Baptizatus aūt fact⁹ de
ſertor ꝛ violator tanti ſa
cramēti peccat ꝛ a ſe deū
repellit. Si aūt agat peni
tētiā de toto corde: vbi de
us videt: q̄ vidit cor dauid
qñ a ꝓphēta fuit grauiter
increpatus: ꝛ poſt cōmina
tiōes dei terribiles excla
mauit dicēs: peccaui: mox
idē deus: eum exaudiuit: ꝛ
eius aufert pctm̄. Tm̄ va
lēt tres ſyllabe. ſ. peccaui.
quod ꝑ has ſyllabas: flam
ma ſacrificij cordis aſcen
dit in celū. Ergo q̄ egerit pe
nitētiā veraciter: ꝛ abſo
lutus fuerit a ligamīto quo
ligat⁹ erat ꝛ a xp̄i corpe n̄
ſeparatus bene poſt penitē
tiaz vixerit: ſicut ant epe

nitentiam viuere debuit: post reconciliationē quādo cūq; defunctus fuerit: ad deū vadit: ad requiem vadit: regno dei non priuabitur: a populo diaboli saluabit̄. Si quis aūt positus in ultima necessitate sue egritudinis voluerit penitētiā accipe: & acceperit: & mox reconciliatus hinc vadit: fateor vobis: nō negamus illi qđ petit: nec p̄sumo dicere q; bene hinc exit: ne vos fallam. Fidelis & bene viuēs: hic securus exit. Baptizatus ad horaz: securus hinc exit. Egēs penitentiā & reconciliat⁹ duz sanus est: & postea bene viuens: securus hinc exit. Egens penitētiaz ad vltimuz & reconciliatus si securus hinc exit: ego nō suz securus: Unde securus sum dico: securitatē do: Unde securus non sum: penitentiam dare possuz: securitatem dare nō possuz. Sz dicet aliq̄s. Bone sacerdos tu nescire: & nullaz securitatez nobis dare po..e dicis: si ille saluab̄: & christū adire mereb̄: cui morienti penitētia dat̄: q; duz vixit: duz sanus fuit: ipenitens fuit. Instrue & nos rogo: qūo bene viuere post penitētiā debeam⁹. Dico. Abstinete vos ab ebrietate: a ocupiscētia: a furto: a maliloquio: ab imoderato risu: a verbo ocioso: vñ reddituri sunt boies rōnez in die iudicij. Ecce q̄ dixi: oia tñ grauia & pestifera. Et aliud dico: Non solum post presentiam abistis vitijs se bō ꝑuare debet: sed & ante penitētiam dū sanus est: q; si ad vltimuz vite steterit: nescit si ipsam pñiam accipere: ac deo & sacerdoti pcā sua cō fiteri poterit. Ecce quare dixi: q; & ante penitētiā bene viuendū est: & post penitentiam melius. Quod dico: itez attendite: Debeo illud plenius exponere: ne aliq̄is male intelligat. Nūquid dico dānabit̄? Numquid dico liberabitur? Et qđ dicis mihi? Nescio nō

ꝑmitto:nō ꝑſumo: nō pol liceor:nō vos fallo:nō vos decipio:q2 de dei wlūtate p2orſus neſcio. Uis de dubio liberari:vis qđ incertū eſt euadere. Age penitētiā dū ſanꝰ es. Si.n. agis penitētiam dū ſanus es:t iuenerit te nouiſſimꝰ vite tue dies:curre t reconcilia te:quia ſi ſic agis: ſecurus es. Quaꝫ ſecurus es. Quia eo tpe penitentiam egiſti. quo peccare potuiſti. Si aūt vis agere penitētiā ipſaꝫ qñ peccare nō potes. peccata te dimiſerūt:nō tu illa. Sed vñ ſcis inquis:ne fozte deꝰ dimittat mihi. Uerū dicis. Illud ſcio:q̄ hoc neſcio. Illā ideo penitentiā tibi vo:q̄a neſcio. Illā ſi ſcirem nihil tibi p2odeſſe:nō tibi darē: nō te admonerē:nō te terrerem. Due res ſunt:aut ignoſcetur tibi. aut nō ignoſcetur. Quid boꝫ tibi futurū ſit:neſcio. Ergo dimitte incertum. t tene certū: t dū viuis:dū ſanꝰ es age penitētiā verā:vt cū venēris in iudiciū dei:nō abeo cōfundaris:ſꝫ in regno celeſti inducaris. Amen.

De angelis t boſpitalitate ſermo. xlvj.

q Uia a naturis angelicis ſemper defendimur ne demergamur fratres dilectiſſimi: ideo de eis ad eoꝝ bonoꝝ monez facere ne pigreſcamus. Sed quid de angelicis ſpiritibꝰ loquemur cuꝫ de eis loqui īmundi ſimꝰ. Credimus tñ ſane t indubitata fide tenemus: diuina eos p2eſentia t viſione beatos ſine fine letari bonis domini: que nec oculꝰ vidit nec auris audiuit nec in coꝛ hominis aſcendit. Quid ergo miſer peccatoꝛ puluis t cinis wō loquar: quia nec ego eoꝝ gl̄iam valeo cogitare nec vos audire ſufficitis. Profecto ſi ex abundātia coꝛdis os loquitur: ad dei laudem: qui nos dignatur ad amoꝛē ſuum īflammare dicamus pod poſſumuꝰ. In ſuperis ſpiritibus nō admira

bilis dignitas est: ⁊ dignatio amabilis inuenitur: ſz tanta gloria est: q̄ lingua vel cor humanū nullatenꝰ dicere valet. vl̄ cogitare. Ipſi enim deo ſemper aſſiſtūt. domeſtici dei ſunt. celi ciues. principes paradiſi. ſcientie magiſtri. doctores ſapientie. illuminatores animaruz. cuſtodes earuz. corporuz zelatores. ⁊ defenſores bonoruz. Qd bene teſtat̄ ille doctor doctorum ⁊ veritatis predicator: quando raptus fuit vſque ad tertium celum et beate. illi curie ītereſſe meruit: ⁊ videre deum ſicuti eſt: atq̄ ſuper omnes boines meruit noſce ſecreta: Tunc enim ait. Tunc eīm dixit ⁊ exclamauit: q̄ omnes erant adminiſtratores ſpiritꝰ miſſi in miniſterium noſtrum: ipſi principarum cuſtodes dignitateſq̄ noſtras tam ſpirituales quam temporales oi diligētia cuſtodiētes: ipi ſunt cōtra fomitez impetrantes: ipſi ſunt pro nobis contra demonē. victoriam obtinētes: ipſi ſūt per quos ad fletum contritionis penitentie ⁊ orationis iducimur: ipſi ſunt p̄ quos noſtra facta vel cogitata ad celum illariter portantur. Ipſi ſunt frēs noſtri: qui valde nos diligunt: nos vbiq̄ inſtruunt: in cunctis nos protegunt noſtrum aduentuz expectantes adcelum: et ſedes paradiſi per nos repleri affectant. Iſti ſunt ſanctiſſimi ſpiritus qui nobis dormientibus adſunt cuſtodes: nobis orantibus adſūt tripudiantes. Quis ergo frates angelorum memoria in mente carebit: Quis eos ñ diliget: Quis non veneretur eos: qui in conſpectu dei ſemper aſſiſtunt: Iſti ſūt per quos ſuſtentamur: per quos i mari ⁊ in terra iuuamur. per quoſ mēte ⁊ corpore illuminamur. p̄ quos i tribulatiōnibus ⁊ anguſtijs conſolamur. per quos ab infirmitatibus frequenter liberamur. p̄ quos ⁊ a quibus in

extremis cõtemplamur: i fide solidãur: z a maligno spũ defensamur: z obtẽta victoria ad paradisum vel ad purgatorium per eosdẽ deportamur: z duz purga mur ab eis sepe visitari et consolari non dubitamus. ꝓmittentes celestem ieru salem ciuitatem ingressu' ros. Eia ergo frẽs studea mus scõs angelos imitari: z non solum ipsos sed etiaz angelorum amicos. Circũ spiciamus enim integra mẽ te perlegamus scripturas vt possumus: et inueniãus angelorum amicos: quib9 inuentis petamus: quid fe cerunt: qũo angelis placu erunt: in quibus eos secu' ri imitati sũt. Veniat san ctus pater Abraaz z quid fecit innotescat. Veniat z nepos eius Lotb: z dicat propter quid vel qũo a so' doma per angelos liberari meruit. Veniat et tobias ducens secum filium: z p pter quid per angelum il' luminari meruit z filiũ cu' stodiri doceat. Veniant z tres pueri: z qũo actiuis z passiuis approximatis nõ se quat necessario actio scri bãt. Veniat z petr9 z qũo p angelum liberari meruit audiamus: vt et audientes magna magnalia q̃ sci ãge geli fecerũt eos seq̃ z imita ri valeam9. Dic nobis scẽ pater Abraã q̃d fecisti vl' q̃d facere docuisti vt scis angel' tã iucũde placeres: Dic vt a te discam9: doce vt nos a te doceri valea' mus: nã pater es: z q2 oẽs filij tui sumus te decet nos docere. O frẽs: quid aliud dicere poterit: quid aliud vel docere: nisi q̃ hospitali tatẽ semp seruare voluit: O sancta veraq; hospita' litas que nõ solũ angelos: sed ẽt ipm deum aliqñ reci pere meruisti: Ecce pro' pter q̃d abraã dei angelis placuit. Ecce pp q̃d Lotb liberari meruit. Eccc pp quid tobias illuminatur z filius illesus reseruatur. Ecce ꝓpter quid tres pu eri z petrus illesus reser' uat' in carcere. Discite g

xpiāi discite hospitalitatē exhibere in cunctis: ne forte cui domum clauseritis cui hospitalitatem negaueritis: ipse sit deus. ☙ Iuniā enim iuit loth angelis tamq̄ peregrinis: qui ex sua laudabili cōsuetudine iaz sodomitico vitio liberat⁹ ē: z inter pessimos optimus cōseruatur: a periculo ciuitatis eripitur. z corporale euadit incendiū: z ad eternum cōseruatus est premiuz. Nunquid z abraaz deum vidit quando tres vidit z vnum adorauit? Igitur o fratres recipere peregrinos festinate. Tu enim nescis an christus dignet te visitare: lz christus semp in hospite sit. Pareat. n. peregrinis ianua tua: suscipe eos alacriter: ablue pedes. laua eoruz capita purga eorum immunditias: z noli auertere manum tuā ab vllo paupere. Et si cunctis subuenire non vales: saltez volūtas bona sit circa eos. Suscipite q frēs peregrinos: qz qualē mercedem habemus peregrinando talem bēdimus peregrinos suscipendo. Fiūt enim ambo equales: z qui propter deum refrigerat: z qui propter deū laborat. ☙ sancta nāq̄ ospitalitaſ angelorum amica. caritatis sororz. humilitatis corona. Nam qui habet te. habet veram humilitatez: z qui te o humilitas habet verā hospitalitatem habet: nā sine te hospitalitas nulla est ☙ Discam⁹ ergo fratres non solum a patribus hospitalitatem seruare: sed a christo humilitatez astringere discamus ab eo non mundum fabricare: nō cuncta visibilia z inuisibilia creare: ñ in ipso mūdo miracula facere z mortuos resuscitare: ñ siccis pedib⁹ supq̄ aquas ambulare. ñ becoia: sed tantum qz mitis est et humilis corde. Hoc est perfectum hospitalitatis fundamentum. o sancta nāq̄ humilitas hospitalitaſ soror et amica suauis. Qui te in cunctis magis idigni

ozes se alijs arbitrat. nun
q̃ desiderat supioz appa
rere. primatus t cathe
dras oēs fugit. omne domi
nium abhozzet. solam ho
spitalitatem amplectitur.
solam eam possidere desi
derat. Eia ergo frēs excel
sa est patria: sed humilis
est via. mensuremus ergo
eam: perquiramus eā: am
bulemus per eam. Sic. n.
fecit abzaam t Loth dum
peregrinos suscipiebant:
sic thobias dum mortuos
sepeliebat. Sic enim t an
geli de quibus ait saluator
q̃ semper vident faciez pa
tris qui est in celis. Amē.
De sodomitis t gomorreis
sermo. xlvij.

a Audite nō fratres ca
rissimi sz principes so
domitarum percipite: au
ribus legem dei vestri po
pul⁹ gomorre. Audite t au
ditum facite filijs vestris
ogens plena peccato. gra
ui iniquitate. semini neq̃z.
filijs sceleratis. Ecce de
reliquistis deum. blasphe
mastis sanctum israel. t
alienati estis iam retroz
sum: A planta enim pedis
usq̃ ad verticem: nō est in
vobis sanitas. ideo terra
vestra desta. ciuitates ve
stre cōsuccedunt igni. regi
onem vestram corā vo
bis alieni deuorāt. t de so
labitur ciuitas sicut in va
stitate hostilli: Quare hoc
patimini nisi q̃ similes so
domitis iam estis? Audite
ergo principes sodomorū:
audite isaiam vobie dicen
tez. Multitudine victima
ruz vestraz plenus suz: eo
q̃ idigne mihi offertj. Ne
offeratis igitur vltra sacri
ficiū q̃ sabbata vra incen
sum vestruz. t solēnitates
vestras odiuit aia mea: t
omnia facta sunt mihi mo
lesta. Cū extenderitis ma
nus vestras: auertam ocu
los meos a vobis: t cū mul
tiplicaueritis orationes:
nō exaudiā: pro eo q̃ turpi
tudinē operamini. Que est
illa turpitudo: nisi illa que
immunditia per apostolū ap
pellatur: illa denicq̃ est tur
pitudo: illa summa immun

ditia: illa summa miseria: a qua angeli fugiunt: quaz demones videntes oculos claudũt. Ilia est enim imũditia ⁊ miseria: quam masculi in masculos operantẽ: de quibus ait apostolus. Non soluz qui faciunt: sed ⁊ q̃ facientibus ꝯsentiũt: digni sunt morte. Hec est merito inmunditia: quia est nimia mentis ⁊ corporis spurcicia. Et hec spurcitia. non solum peccatũ est: sed ⁊ pena peccati. Cum enim deus videt omnino se contemnentes: ⁊ mandata sua conculcantes: vertit eos in reprobuz sensuz: vt illam abbominationem exerceant: ⁊ non intelligãt ⁊ animaduertant: sicut ait apostolus. quia non probauerunt deũ habere in noticia: tradit eos dominus ignominie. nam masculi relicto naturali vsu femineo exarserũt i desideriis suis .i. masculi in masculos turpitudinem operantes: o q̃ abominabile vitiũ: o q̃ detestabile crimen: o q̃ mortiferũ dãnuz: o q̃ pessimuz scelus: o q̃ inaudibile malũ. Ecce enim membrũ christi non solũ fornicat̃. sed etiã meretrix efficitur. Hec ẽ enim illa inmunditia: quam deꝰ odio sũme habet: quaz detestantur sancti: quam odiunt beati: quam fugiũt illi qui regnuz dei cõsequũtur eternuz: quam diligũt illi qui cruciandi ⁊ maledicendi sunt cuz diabolo ⁊ angelis suis. O pessimi sodomite ⁊ veri peccatores. o pessimi atestante scriptura. Erãt sodomite pessimi ⁊ peccatores coram dño. Peccator enim dicitur coram domino: cuius peccatum deus nen dimittit impunitum: ⁊ non differt qui differens penam. Unde ait. Clamor sodomitarum ⁊ gomoreorum multiplicatus est: ⁊ peccatum eoruz grauatum est nimis. Clamor enim dicitur peccatũ qñ nõ solũ cogitat̃: sz absq̃ omni timore ad actũ pducit̃: ⁊ in ꝯsuetudine multiplicat̃. Et tunc dñs gladiũ

furoris sui extẽdens pluit igne ⁊ sulfur de celo: ⁊ cõbuste sunt ciuitates: ⁊ submerse. Merito igit̃ ꝑ sulfur ciuitates ille submerse sunt ⁊ destructe: q⁹ taꝫ eoꝝ femine q̃ eoꝝ masculi fetẽti luxuria ardebant. luxuria pessima virtutũ destructio: vitioꝝ augmẽtatio: delectatiõis ꝓbustio: caritatis diminutio: bursaꝝ euacuatio: dulcises: sed ecce oĩs dulcedo in amaritudie grãdi mox cõuertitur. luxuria per te pax destructa é: ꝑ te homicidiũ factũ est: ꝑ te ciuitates ꝓbuste sũt: ꝑ te regna ꝑdita sunt: per te oĩa fere mala facta sunt: ꝑ te Dauid exulat a deo: ꝑ te Sanson moriẽ: per te Salomõ expellitur: per te Lotb patitur: relinquens patriã ⁊ vroꝛẽ amittens. Et iõ preuaricatores legis attendite: legite legẽ. gomorreorũ sequaces quiescite iam agere querse: discite iã bene facere: Fugite sodomitas vt mortes. Molite cõuersari cũ eis: ne forte cũ eis depereatis. Veniet. n. tẽpus ⁊ nõ tardabit: ⁊ insurget ille sãctus Joseph qui de hoc crimie pessimo suos fratres icusare patri non timuit. Surgat ⁊ nũc hic castitatis exempluꝫ: ⁊ interficiat oẽs tales operãtes iniquitatẽ: Veniat ille magnus sanctus Paulus vas electiõis: ⁊ ꝓfundat oẽs tales talia diligẽtes: vt nullus reperiat̃ in orbe: Veniat ille dilectus dei virginitatis imago sãctus Joãnes. ⁊ sua virginali p̃sentia tales ꝓfũdat. Veniat ẽt illa lucerna mũdi ⁊ p̃cursor dilect⁹ : ⁊ sua grandi audacia: oẽs tales interficiat spiritu oris sui. Veniat ⁊ Loth nepos sci Abrae cũ nepotib⁹ suis et oẽs tales expellant de terra viuentium: Veniãt oẽs sancti ãgeli: ⁊ ꝓburãt oẽs qui operant̃ iniquitatẽ gomorreoꝝ. Eia ergo quiescite iam agere peruerse: discite cum Loth ⁊ Joseph bene facere: anteq̃ adimu-

pleantur q̄ diximus. De mentote frequēter ⁊ noli te obliuiſci: quid fecerit illa femina romana Tarpeia. Quid. n. fecit? Nā luxuria magna regnabat i ea: tñ ipſa pagana caſte viuere volebat. Quid. n. fecit? Oculos ſibi erui voluit et precepit: ⁊ delitijs cūctis depoſitis: panē tm̄ cū aqua ſumere voluit ad mēſurā. O frēs mirabilis cōditio mulieris: mirabilis bonitas: mirabilis fortitudo: q2 p̄ boc nō paradiſuz expectat: nec p̄ boc laudari deſiderat: nec beatā p̄dicari affectat. nam ꝓpter q̄d boc fecerit ignoram⁹. q2 paganā eam fuiſſe p̄zedicamus. Unuz tñ ſcio: q̄ ſi cōſiliū Auguſtino petiſſet: ego tanq̄ fidelis nihil aliud dicere potuiſſem: niſi q̄ tm̄ panē ⁊ aquaz ſumpſiſſet determinato pōdere ⁊ menſura. Nos ergo fratres ſcire debemus et ⁊ nullatenus dubitare: q̄ caſtitas cū abūdātia ⁊ fertilitate ſtare nō poteſt. Sz ſi mihi non creditis gentilibus credite. Abundabant. n. valde in cūctis bonis: ⁊ poſtq̄ comederant: ⁊ biberant ſurrexerūt ludere: Sic ⁊ vos operārēs video: nā fertilitatē habetis. pane vino ⁊ cūctis bonis oīb⁹ quibus indigetis: iō timeo ne p̄reatis. Quare? Quia non eſt malū q̄d in vobis non regnet. Numquid ſuperbi: numq̄d auari: numquid gulosi: nūq̄d puerorum concubitores. O miſeri membra diaboli: cur nō erubeſcitis. Cur non deſiſtitis talia operari. Confundor ego epiſcopus: talia loqui: confundor ⁊ talia enarrare. Sed ⁊ ſi tacuero mors mihi ē: ⁊ ſi boc p̄dicauero: nō effugiam linguas veſtras. Audacter igit̄ predicabo: q̄a ⁊ vos publice operari non erubeſcitis. Emēdate igitur vitaz ⁊ emendabo verba: quieſcite agere p̄ruerſe: ⁊ ego quieſcā mala veſtra vobis īp̄roperare. Sic ē dñs facit: q2 mutata vi

ta mutat sentẽtiã: bñ operantibus promittit gl̃iaz: male vero penã eternam. Erudiamus igit̃ fratres nosmetipsos in scientia z castitate: vt studentes et ĩtelligẽtes simus. suaues affabiles. z mites in caritate non ficta. Nam si luxuriari volueritis: numq̃ caritatem habere poteritis. Caritas enim est virtus que cõsumatio z pfectio aliaz̃ virtutũ dicitur: sic et luxuria destructio. Nã nulla virtus: nulla bonitas: nulla sapiẽtia cũ luxuria stare potest. nulla iustitia: nulla laus: sz omnis peruersitas: z personarũ acceptio in ea regnat. Jõ attẽdite: q̃ necessaria est ipsa castitas. Nã si caste vixerimus rixe ĩntus non erũt: nõ verba mala: Et si mihi nõ creditis: q̃d Loth acciecerit legite. Naz sancti angeli domũ eius intrauerũt: quo facto: sodomite omnium eis circũdederũt: z forsitan nõ solum per hostiaz: sed per fenestras intrauerũt. Nunq̃d z Loth cum nepotibus suis verberauerunt. Omnino vt arbitroz non solum verba: sed verbera receperunt: Et forsitan fratres. ideo vxoz Loth conuersa fuit ĩ statuaz salis: quia sodomitis nõ procurabat resistere. Jn simili etiam scelere in eodẽ crimine mulieres etiam erant: z forsitan in maiozi: quia principiũ tanti criminis in illis ciuitatibus mulieres fuerũt: z homines postmoduz ipse pessime docuerũt. O mulieres luxurie matres: nõ sufficiebat primũ hominẽ decepisse. Jdeo conuertamur ad dñm: simus penitẽtes vnanimes in dilectõe dei: vt membra vnita nunq̃ labozent. Nam sicut odium dissipat ecclesiam: ita vinculum dilectionis edificat eã. Odium. n. generat detractionẽ z inuidiam: que pestilentia z pernities est ecclesie: Per odium amittitur illa sancta vtilitas z z iucũditas de qua dicit.

Ecce q̄ bonū ⁊ q̄s iucūdū
bitare frēs in vnuz. Ꝑder
odiū expellit xp̄s qui ē ve-
ra sapiētia: qz in maliuolā
aiam nō introibit sapien-
tia. Et iō rogo vos vt vi-
tam vestrā emēdetis do-
cētes filios vestros et fili-
as: qūo caste viuāt ⁊ ma-
ture incedant: abstineant
a cibo ⁊ potu: sit eoꝝ ꝓmo
pudicus: incessus honest⁹:
vultus inclinatus: lingua
affabilis: mens plena dile
ctiōe: manus plena opera
tiōe: vt si sic feceritis fra-
tres cū sancto Loth libe-
ramini de infermo fugien
tes ⁊ volantes per gratiā
ad gloziam. amen.

De cura aie sermo. xlviij.

a Aima humana fra-
tres carissimi omniū
creaturarum naturā par
ticipat ambit ⁊ capit: ⁊ tā
to amplius q̄zto glozioſus
est dei imagine insignita.
Omne enim spirituale su
um est: quia celum habet
ad manenduz: angelos ad
congaudendum: glozia ad
habendum: et trinitatem
ad fruendum In ipso de-
niq; homine reposita erat
etiam cozpozalis creatu-
ra: ⁊ omnium cozpozaliuz
natura: in se: ⁊ ad se: ⁊ per
se: ⁊ tanto perfectius: q̄z
to mirabili⁹ erat omni coz
pozeo. Omnia enim possi-
debat: omnia sibi obedie-
bāt: qui omnia ei subiecta
erant: astra scilicet vt lu-
cerent: elemēta vt alerēt:
animalia vt subirent. ⁊ ci
baria vt nutrirent: oues
et boues: leones et aues
omnia obediebant homini
sine vlla rebellione. Et q̄d
plura? Etiā hoc quod ma
ius est. Quid est quod ma
ius est: nisi quod diuinum
est? Quid enim in homine
diuinum est: nisi quod ima
gine sancte trinitatis ipse
homo decozatus est? Fa-
ciamus inquit sancta tri-
nitas hominem ad imagi
nem ⁊ similitudinē nostrā.
Que ē imago dei ī nob: ni
si id qd̄ meli⁹ repit ī nob?
Quid est qd̄ melius repit

in nobis: nisi ratio intellectus memoria ⁊ voluntas. O bō aduisti tuā gloziam: audi tuā miseriā. O bō natus de muliere breui viuēs tempore. repletus multis miserijs: qui quasi flos cāpi egrederis: ⁊ pterreris: ⁊ fugis velut vmbra: nec i eodez statu permanēs nūc diues nunc pauper nunc sanus nunc languidus: nunc gaudens nunc tristis. nūc sciēs. nūc ignarus nunc vidēs: nūc cecus: nūc ciuis. nūc exul: nūc bon⁹. nūc malus: ecce qūo stabibil: ecce qūo permānes. O homo an ignoras q2 potuisses ñ mori: Utraq. n. potētia i māu tua erat. posse ⁊ ñ posse mori. Cōtēpsisti primā ⁊ elegisti secūdam. cōtempsisti vitaz ⁊ elegisti mortez. cō tempsisti dulce ⁊ elegisti amarum. cōtempsisti vitaz eternam ⁊ eternam mortē eligere voluisti. Et vnde hoc homo: nūquid bonus. rectus. sanctus. ⁊ deo dilectus creatus es: Et tamē miserime incrassatus impinguatus dilatatus recalcitrasti contra deum factorem tuum. Et ecce elatus in superbia: ignar⁹ de gratia: inscius de iustitia: cecidisti in lacu miserie: in luto fecis: ⁊ in vmbra mortis. Ideo attende quid sequitur. Putas q⁹ deus mētiatur: vel vt filius hominis mutetur: Statuit enim ipse et sententiam posuit: vt quotienscunq3 comederes ex ligno mori debuisses. Nunquid ludēdo hoc dixit: vel ridendo hoc asseruit. Omnino hoc mihi nō pparet: apparet. Quare nō apparet, nisi quia experiētia didici ⁊ oculata fide probaui. Nunquid experior q⁹ post peccatum elementa que in summa ⁊ optima qualitate erant: mox propter peccatum pugnare ceperunt: Est enim ratio terre in carne: ratio humoris in sanguine: ratio aeris in spiritu: ratio ignis in calore. et hec quatuor mox post peccatum ad invicez preliari ceperunt. ⁊ sic

nostri primi parentes infirmitatibus aggrauãt: & dolore capitis: stomachi: epatis. oiumq; membroꝝ vexantur: sicq; moriũtur: sicq; ad sepulchra deducuntur. Sed dicet quis: Quid é homo post mortem? Certum é q; nõ est hõ: & tñ est aliq̃d q̃tum ad duas ptes. Que sunt ille partes: nisi aia et corpus: materia & forma. Aia. n. non moritᷣ nec succũbit per mortem: cuꝫ oio sit imortalis: nec corporis materia cuꝫ sit vna numero: q2 licet corpus resoluatᷣ non tñ deuenit ad tantam resolutionẽ q; oio nihil sit. & q; cedat in nõ ens. Manet eadem aia semper & tã q; quid diuinum: deficit tñ homo q̃tum ad esse. Omnes .n. anime spirit9 sunt: & oia corpora terra sunt: & erunt quousq; aia induet se suo corpore: vt totus hõ glorificetur corpore videlicet & aia si ergo petis quid est hõ mortuus: quid aliud dicere poterim9: nisi q; terra: putedro: cadauer: & fetor est: Si petis de suo eẽ: vides q; deficit. Si petis de corpore: interroga terram. Eũtes vos o iuuenes & potẽtes ad sepulchra patrum vestroꝝ: cosiderate quid fuerunt et quid sunt. Monumenta eorum aperiamus: & videamus quis domin9 & quis seruus: qs pulcher quis turpis: quis rectus quis curuus inter eos fuerit. Aperiam9 oculos mẽtis & coporis: & nostrã grandem miseriã frequenter non pigeat cõsiderare: Intrem9 sepulchra: & qd inueniẽus discam9. Quid fratres inueniemus: vl q; Nam si respexerimus inueniemus mortuorũ capita: renes: & ventrem. Verus & indubitãter vex mihi experto credite: quod in capitibus inuenietis busones saltantes generatos ex cerebro. In renibus serpentes generatos in lũbis ambulantes. In ventre vermes scatutientes generatos ex viscerib9. Ecce q̃d sumus: & quid iam erimus

Ecce in quo resoluimur. qđ ergo inflaris o diues? Cur non attendis que audis? Cur turbaris. cũ prospicis. Cur nõ querteris: cũ hoc quotidie expiris? Dementote frẽs hec omnia ⁊ agite penitentiaz in fletu ⁊ lamento: anteq̃ veniãt dies illi amari pleni miserie et tristitie. Audistis iam qđ est homo mortuus: restat nunc dicere quid sit de anima: O fratres mei quid de hoc dicere poterimus: nisi concordauerimus cum vetulis nostris? Quid enim dicunt: nisi q̃ vel in paradiso cum gaudentibus: vel in inferno cuz dolentibus: sz si in purgatorio: in via eundi ad patriam sunt: et isti iam bene sunt: quia secuti sunt. Orandum tamen p eis ẽ: ⁊ eis toto affectu subueniendum est orationib9: elimosinis: sacrificijs: ieiunijs: ⁊ maceratiõib9. Isti deniq̃ sunt illi afflicti: qui ad dominum quotidie clamant: ⁊ ad illuz recurrũt. cuius scientia vbiq̃ allegatur. cuius sapientia demõstratur. cuius clementia vbiq̃ ponderatur. cui9 potentia vbiq̃ promulgatur. Isti quotidie clamãt. vnusquisq̃ per se suam misericordiam implorantes: ⁊ suam miseriam deplorantes ⁊ dicẽtes. Dñe scias q̃ vi patior: ideo ad te recurro. nõ ptemnendo scientiã tuam. non auertendo tuã sapientiam: sed interpello tuam clementiaz. Non enz domine iniuste patior. q2 ñ alieno delicto. sed pro meo patior. vim tantum domie patior. q2 fortiter patior. ⁊ iuste patior. Peccaui dñe substantias ⁊ diuitias congregando: nec pauperibus vt iusseras sufficienter tribuendo. Sed multa infelix congregaui cum dolore et merore nesciens, cui ea dimitterem amico vel proximo. O infelix homo cõsidera ⁊ diligenter aduerte qđ agis qđ cogitas. dum cunctis diebus vite tue congregare non desinis. O hõ auaritia plenus. an ignoras

ꝯ tria ſunt in ſaciabilia. ⁊ quartum nunq̄ dicit ſufficit. Et quid eſt quod nunq̄ dicit ſufficit. niſi animꝰ hominis qui nunq̄ dicit ſatis eſt. O homo an ignoras q̄ radix hominum malorum auaritia eſt: ⁊ ſeruitus idolatrie: mater vſure: genetrix ſimonie: fomes: culpe eterne pene via: nutrit ge hēne. O auaritia abiſſus inſaciabilis que nunq̄ dicis ſufficit. ſemp famesc̄is. ſemper doles. ſemper triſtaris in cunctis. Nam ſi ſol quotidie ozitur. dolendo dicis. ſiccitas erit. Si pluuia deſcēdit. oia periclitari aſſeris. Si temperiez adeſſe ꝓſpicis: ſolem vel pluuiaz adeſſe deſiderabis. O peſtis īterminabilis: o fame lica rabies: nā oia ſuis terminis claudunt. ſola auaritia nu'lo clauditur fine. O mnia in homīe ſeneſcūt vitia: ſola auaritia iuuenescit. O rabies omni fine carens. Nunquid terra ſuis limitibus terminat: aqua ſuis finibus limitatur: aer ſuo fine concluditur: celuz ſuis terminis artatur: ſola auaritia terminū neſcit O auare ſi terra tibi ꝓcta datur: mare queris. ſed ſi terra ⁊ mare: aerez petis; ſed ſi terrā. mare ⁊ aerem poſſederiſ: adhuc celū ambis: ⁊ ip̄m penetrare affectas: ⁊ ſi celum penetraueris adhuc ñ quieueris: donec te deo adequaueriſ: vl fueris ſupioz altiſſimo. O peſtis demone ſeuioz. nam demon ſimilis altiſſimo eē voluit: ſed auarus ſup deū ſi poſſet aſcendere vellet. Merito auaris in die nouiſſimo loquet dñs dicēs. O homo ſine honoze mundum intraſti i pellicula ſanguine cruentatꝰ: ſine diuitijs: natꝰ: ſine auaritia genitꝰ ⁊ tu in auaritia viriſti et dilatatꝰ es in auro ⁊ argento: ⁊ oblitꝰ es dei creatoris tui. Ubi.n. eſt fructꝰ ⁊ lucruz laboruz veſtroꝝ: Ite ergo maledicti in ignē eternū: ⁊ ſicut voluiſtiz. ita fiat. Ecce ſententiā ſūmi regis. Itaq̄ frēs nolite a

mare plus corp⁹ q̄ aiam̄ā et plus filios q̄ vosipsos. Ecce.n. in ianua dies mortis est. Tunc cim quilibet a suis excluditur ab vxore dimittit̄: a cognatis sepa/ tur: z ab eisdē ad sepl'chrū ducit̄. O magna crudeli/ tas. o magna admiratio. o admirabilis infidelitas: ec ce maritus dilect⁹ ab vxo re dilecta relinquit̄: filius a matre proïcit̄: et pater a filijs: z filij a pr̄e sub ter/ ra reconduntur. Solus ille dimittitur: z quilibet ad p pria reuertitur: z cito obli uioni traditur: tanq̄ mor/ tu⁹ a corde. Ecce fratres mūdi amicitia quāta vel q̄ lis est. Non.n. est aliquis qui tantum amicum vel co gnatum diligat: quod p noc tem vnam secū morari cu piat. Vide ergo o homo q̄ les amicos habes: pro qui bus aiam̄ā perdis: pro qui bus deum offendis. Om/ nes dimittent te: cēs se ab scondent: cēs cito fugient a te. z in foueas triū bra chiorū collocabunt te. Nā cuz essemus apud hostia ti berina matre caritatis so ciati: expectantes tempo/ ris tranquilitatem. causa remeandi ad affricam. z gratia illi⁹ cui terra z ma re obediunt: compulsi a pō tiano pr̄fecto viro clarissi mo qui de roma ad nos vi/ dendum venerat: cum eo/ dem iterum reuersi sumus romam ad intuendum di/ ligentius magnifica edifi/ cia z opera paganorū. Et ductus sum cuz ceteris ad videndum cadauer cesaris in sepulcro. Et vidi quod omnino esset liuido colore ornatum: putredine circū datum: ventrem eius diru ptum. z vermium per illū cateruas transeuntes pro sperī. Duo quoq; famelici in foucis oculorum pasce/ bantur. crines eius nō ad berebant capiti: dentes ei us apparebant labijs con sumptis z reuelatum erat narium fundamentuz. Et intuens matrem christia/ nissimam dixi. Vbinaz est cesaris corpus preciaruz.

vbi magnitudo diuitiarū: vbi apparat⁹ delitiaꝝ: vbi militudo dñoꝝ: vbi cater ua baronū: vbi acies mili⁄ tū: vbi canes venaces: vbi equi veloces: vbi aues cā tātes: vbi thalam⁹ pict⁹: vbi lectus eburneus: vbi thorus regalis: ubi thron⁹ īperial: vbi muratoria ve stimentoꝝ: vbi capilli sola res: ubi facies decora: vbi oia q̄ sub celo sunt. Te nā⁄ q̄ verebantur boies: te ti mebāt pricipes: te colebāt vrbes: te timebāt omnes. Ubi nā queso sūt hec om⁄ nia. A quo recessit tāta ia ctantia. Quo iuit tua ma⁄ gnificentia. Et respondit mater pietate plena. Fili oia sibi pariter defecerūt quādo deficit spiritus ei⁹: ⁊ reliquerūt eum captiua tum in sepulchro triuꝫ bra chiorum plenū fetore ⁊ pu tredine. Eia ergo fideles Christi considerate quid sumus: animaduertite ad quid venimus: ꝓpicite q̄d iam sumus. Agite ergo pe nitentiam filioli mei quos iteruꝫ parturio: donec re formetur ī vos Christus. Agite ergo penitentiam. antequā mors inimica na ture vos aggrediat. Sta⁄ tuatis vobis simpliceꝫ hu milem. vtilem. secretam. frequentē. promptā. ama ram lachrymosam. ⁊ festi nam confessionem: cū etiā horaꝫ mortis omnino igno remus. Nam cuꝫ in extre ma egritudie fueritis fra tres. o q̄ forte. o q̄ duruꝫ. o q̄ penosuꝫ. o q̄ la chrymа bile erit vobis penitere ⁊ dolere de malis ꝯmissis ⁊ de bonis ommissis. Qua⁄ re hoc erit. Nisi quia illic capitur tota intentio men tis. vbi ē vis doloris. Mul ta enim occurrunt impedi menta cordi. Maꝫ corpus dolet: pena affligit: quia mors appropinquat: ītra⁄ re filios quos patres sum me dilexerunt. pro quib⁹ ēt se dāmatos existimant: tenebroso oculo aspiciunt. vrores iam lachrymātes cōsiderāt. mundus adhuc eis fiduciam prestat: dia⁄

bolus ne de peccatis do-
leãt fidem tribuit. ⁊ chiro
graphũ infirmãtibus p̃e
bet: caro non deficere ad-
huc satis sperat. medici ut
lucrentur ipsum cõfortant:
parẽtes applaudũt. sacer
dotes alliciunt. ⁊ sic diui-
tes morium̃ in inferno. O
homo audisti quid locutus
sum: oio crede qđ dec oia
cito experieris. Obsecro
igit̃ te: vt ante q̃ infirmi-
tate grauer̃is: agas peni-
tentiã: disponas domum
tuam. Fac quod fiendũ é.
fac testamẽtũ dum sanus
es: dñi sapiens es: dñi tuus
es: nã si expectaueris ifir
mitatez: oio minis vel blã
dimẽtis duceris quo tu nõ
vis. O homo dum iuuene
scis dispone domũ tuam:
age penitẽtiã. dilige deũ.
non soluz verbo sed opere
⁊ veritate. Et si proximũ
offendisti verbo. placa cũ
verbo. si facto placa cũ fa
cto: quia eadem mensura
parcetur nobis qua pepe
cim⁹ alĩs. O homo fac pe
nitentiam: memorare no-
uissima tua vt in eternum
nõ pecces. reuertere ad te
ipsum memorãs qđ fuisti
sperma liquiduz. q̃ mõ es
vas stercoz: quod eris ci
bus vermiũ. Hec. n. sunt
nouissima que cogitare de
bet quotidie. qui fidelis é.
O hõ mẽorare nouissima
tua q⁊ post morte: vermis
nascet tibi de ligua p̃ pctõ
lingue. de stomacho p̃ pec
cato gule. de spmate remũ
scorpiões p̃ peccato luxu
rie. de cerebro bufones p̃
peccato superbie. Demo
morare nouissima tua o iu
uenis qui floride ambis et
pergis capite eleuato: cũ
cta que dei sunt despicien
do. Memorare nouissima
tua: q⁊ terra es: ⁊ i terrã
ibis. Memorare nouissi-
ma tua q⁊ ꝯceptus es i cul
pa. natus in pena. viuens
i miseria. ⁊ necessario mo
rieris i angustia. O homo
cur te iactas fortitudine.
Ecce nũc post modicũ ifir
maris ⁊ deficis. Cur ifla
ris mũdi sapientia. Ecce
q̃ stultitia é: ⁊ eã perdes.

ꝛ tuam prudẽtiã reprobabo: dicit dominus. Cur in ſtaris ſcientia. Nunquid philoſophis obſcuratuꝫ ẽ cor. ꝛ in cogitationibus ſuis euanuerũt. Nunq̃d traditi ſunt in reprobũ ſenſũ. Cur te iactas generis nobilitate. Nunquid omniũ naſcendi conditio vna eſt. Nunquid ꝛ moriendi vna concluſio. Quis nobilium unq̃ natus eſt: ſine ſanguinis cruentatione. Nũq̃d nobilis ſimul. cum paupere per eundẽ duꝫ naſcitur meatum trãſit. Ꝛ regula etiam mortis: nũquid parcit diuiti. Cur diuitijs te iactas. Ipſe enim potius inſidie tibi ſũt q̃ amicitie. Nam pauper fere nunq̃ occidi queritur: diuiti vero ſemper inſidiatur. De morare o homo nouiſſima tua qui quotidie epularis: qñ o nudus de vtero mr̃is veniſti. et nudus reuerteris. Eia ergo frẽs domos veſtras pauperibus aperite elemoſinas facite voluptates veſtras rationi ſubiugate. in cũctis memorantes nouiſſima veſtra. vt mortaliter nõ peccetis in eternũ. Adiuuet autem nos deus: ſine cuius wlñ tate foliuꝫ arboris nõ mouetur. ad perficiẽdum ea. que placita ſunt ei. Qui ẽ benedictus in ſecula ſeculorum. Amen.

De miſeria carnis ꝛ falſitate preſentis vite. ℣. li.

o Vita que tantos decipis de proprijs. tantos ſeduxiſti. tantos excecaſti. que dum fugis nihil es. dũ videris vmbra es. dum exaltans fumus es. Dulcis es ſtultis. ꝛ amara ſapientibus. Qui te amat non te cognoſcit: qui te contemnunt. ipſi te intelligunt. Timenda es: ꝛ fugienda es. Ve qui tibi credunt: beati qui te contemnunt: vera nõ es vita quã te oſtendis. Alijs oſtendis te longam. vt perdas in finem. Alijs breuem: vt dum penitere volunt: non permittas. Alijs largaꝫ: vt faciant quid volunt.

Alijs anguſtam: vt non fa
ciant bonum. Quare o ſa
piens: Fuge qđ fugis. Sic
enim eſt vita noſtra: quaſi
homo in domo aliena: ne
ſciens qua hora vel die pa
tronus dicat: vade foras:
quia non eſt tua domus in
qua es. O ſeculuz vanum
quid nobis tãta promittis
ſi decipis? Qui tibi ami
cus voluerit eſſe: inimicus
dei ꝓſtituet. Amicicia ſe
culi inimicicia dei ẽ. Caro
eſt que aiam̃ perdit: caro
eſt que recipit inimicũ cuz
vitijs ſuis. Item ſeminat
homicidia: ſeminat forni
cationẽ: ſeminat ꝯcupiſcẽ
tiam: ſeminat rixas: ſemi
nat libidinem: ſeminat fur
tum ſeminat idolatriã: ſe
minat cupiditatẽ: ſeminat
ſuperbiã ⁊ iter frẽs diſcor
dias: ſeminat inuidiã: ſemi
nat ꝓtra deũ blaſphemiã: ꝓ
uocat ſiſmata: irritat he
reſes: ⁊ intra eccliaz dei in
fert diuiſiões: inter ppl'os
xp̃ianos ponit offẽdicula:
⁊ iter gẽtes pugnas: ⁊ iter
ꝯſanguinitatem icãtatio
nes: ⁊ quod peiꝰ ẽ: i corda
ſuorũ dei diuerſa genera
cogitationuz imittit: ⁊ oia
que mala ſunt i hoc mũdo
caduco. peſſimo. ⁊ nephan
do: ⁊ quaſi orta ſub omni
velocitate trãſit. Carnis
etiam poteſtatẽ habet dia
bolus ⁊ non anime: dicen
te dño ad diabolum de bea
to Job. Do tibi illum in po
teſtate: ſed nõ aiam̃ eius.
Caro miſera grauat ani
maz: caro vana demergit
in infernum: Caro inimi
ca eſt anime: que ſi inimi
ca non eſſet: non vtiq; dile
xiſſet. iſtius ſeculi vanita
tem: ⁊ vita vana non frue
retur. O vita atrociſſima
quaz humores tumidant:
colores eſtuãt: aeres mor
bidant: eſce inflãt: ieiunia
macerãt: ioci ſoluũt: triſti
tie ꝯſumũt: ſollicitudo co
artat: ſecuritas ebetat: di
uitie ſuperbiunt: pauptas ẽij
cit: iuuẽtꝰ extollit: ſenectꝰ
incuruat frãgit infirmitas:
mercor ꝯſumit: ⁊ ſup his oi
bꝰ morꝭ atrociſſima ſuccũ
bit vi furibũda o caro cũ de

formitate depressa: illā debuisti vitam amplecti: que in eternitate consistit: vbi vita ē sine morte: vbi iuuē tus sine senectute: vbi lux sine tenebris: vbi gaudiuz sine tristitia: vbi nobilitas ⁊ volūtas sine iniuria: vbi regnum sine cōmutatiōe: Hec sunt septem que cōse qui debueras. O caro mi serabilis quare negasti dū viueres: sic perseueraſſes bona ⁊ quibuslibet bonis priuata non fuisses: si bene egisses. Illuc enim pmansisses vbi est gaudium sempiternum: vbi imarcessibilis est gloria: vbi incorrupti bilis ē ⁊ incōparabilis delectatio: vbi christus apostolorz ⁊ ppbetarz ⁊ scōrū oīum cū iucunditate etiam nō letitie cū sanctis angelis canētibus laudes deo: vbi delectatio oīuz bonorz Hec oia bona delectabilia: per huius seculi prauitates sprecuisti. Ecce post finē q̄uis in limo terre mācideris: habes inimicitiā .i. corruptionem: fetorez ⁊ vermē ⁊ dissolutionē fetoris pateris: vt viuētes de te exemplū accipiant: quid fuisti: ⁊ quid est vermis ⁊ cōsumeris postremo vtroin finem ꝓpter nouissima: ꝓpter redeuntem aiam .i. vitaz in corpore in quo prius fuisti supplicijs etnis mācipaberis ⁊ simul cum anima dānaberis. O misera vita que caro persequitur ⁊ concupiscit: corpus operatur. Caro autem cuz satiaꝫ affluētissimis cibis ⁊ potibus ⁊ delectatiōibus: hortatur omnia mala facere. Caro prouocat homicidia: caro perpetrat adulteria: caro cōmittit ritas: ⁊ scandala: caro inferit brietatez: caro portat omnem concupiscentiā huius seculi. O caro misera quid habes q̄d agis quid tantū grauas aiam: que nihil desiderat nisi deo seruir. Tu o caro misera non sufficit tibi perditio tua. q̄ adhuc es anime que a carne concipis contraria. Caro mala: quid q̄ris: quid desi-

ras: Non enim poterit fine te anima iudicari in die iudicij. Caro misera & putribilis: & omni squalore peccatoꝝ plena: quando viua eras: pulcrbra eras vt sol: splendida vt luna: & oculi tui micabāt vt stelle: & crines tui longeui: & vngebas te pretiosis vnguētis: vestibus vtebaris optimis: & in cibis tuis & potib⁹ condebas aromatum multitudinem. Et scito anima dū corpus tenebrosum & fetidum reficiebas atq; fouebas: escas vermibus preparabas. Demorare debuisti que a factore & opifice tuo audieris cū primum peccatū cōmisisti. Terra es inquit & in terra reuerteris. Et Job audi dicentem nudus egressus sum de vtero matris mee: & nud⁹ reuertar illuc. Audi etiam isaiam vaticinantem: Verenum est populus. Caro miba & nefanda: audi paulum apostolum predicatorem egregium dicentem. Nibil intulimus in hūc mū dum: nec auferre quod possumꝰ. Nibil aliud caro misera: nisi pctoꝝ sarcinam secum portat. Nō nisi per carnem aia peccat. Anima quō potest videat. Anima nostra carcerē patitur: caro eā tenet iclusam Anima clamat ad dñm: non caro: que in malitia perseverat. Anima remedium aliud non habet: nisi tollat a carne: & caro redigatur in puluerem. tollatur ei vinum & det ei aqua: auferat ei sanguis & detur ei humor terrenus. O caro misera q̄d de te agetur q̄n a te egrediar: & vita a te recedet: Tu sola in vtero & in sinu terre iacebis: & aliq̄d nunq̄ mācideris: habebis in te bereditatē pessimā. i. corruptionem: fetorem & vermes: Ecce que acquisiuisti duꝝ viua eras: ecce quid possides dū in sepulchro iaces. Nō potuisti te ieiunijs macerare: ac ieiunijs in cinere & cilitio humiliare. Inppetuo cū aia salua fuisses si ei credidisses: q2 ñ bene

facere poteſt: niſi alijs be-
neſeceris. hoc eſt niſi cor-
pus per abſtinentiam af-
flixeris: animā ſaluare nō
poteris. Audi quid crea-
tor noſter dicat ad carnē.
O inquit mea creatura:
ego te ex limo terre pulchrā
& lucidam aſſimpſi imagi
nem meam in te ꝓdidi: ſpi
ramen uite tribui: aiaz in-
uiſibilem tibi ꝓceſſi: imor-
talitatis tunica te indui: in
paradiſo voluptatis te col
locaui: vita angelica pfrue
baris: cibos & delectabilia
iucūditatis contemplaba-
ris: & oia q̄ta creaui in tua
dominatione humiliaui: &
affluentes diuitias dedi:
inſup & oia ligna paradiſi
tibi ſubtus erāt. & pro vno
vetito quod ibidem come-
diſti ecce vbi cecidiſti. ſ. de
paradiſo in infernum: de lu
ce ad tenebras: de amenī-
tatis & iucūditatis loco ad
ad chaos & ad oia obſcuriſ
ſima mala: de delectabili
odore mūc putredie & pudo
re mācipariſ: pro eſca an
gelica in cibo vermib⁹ ſub
iacebis: pro immortalitatis
veſte: corrupto induta es
veſtimento. Ecce q̄ ꝓceſſi
abſtuli vitam ſubtraxi: &
tu miſera & putribiliſ caro
in iferno mancipaberis: vbi
eſt fletus & mugitus atq;
vlulatus inſup ſtridor den
tium: & teterrima tormen
ta: & q̄ pius eſt: poſt mortē
incorruptionē: p⁹ vermes &
fetorē & ꝓſumptōez poſtea
in puluerē redacta. O caro
q̄ igni inextinguibili mācipe
ris. audi aiam dicentez ad
corpus. Ego de celo veni a
deo ꝓceſſa tibi: Maz tu de
terra es: Melius ē vt me-
cū aſcendas ad celuz: q̄ tu
me trabas ad infernū: Dū
viuimus & ſumus in vnum
operemur manibus quod bo
num eſt. ideſt elimoſinas &
ieiunia in caſtitate & inho-
ſpitalitate egenor: & in nu
ditate pauperum: & in om
nibus bonis operibus: vt
per bonam operationē quā
agimus: aſcēdere ad cele-
ſtia valeamus: vbi non iaz
ſolutione corporis: ſed in-
corruptionis veſte indua-

mur: vbi non iam fetor sed odor suauissim⁹: vbi nō iā tenebre sz lux perpetua micat. vbi nō iā vermiū multitudo sz caterua āgelorū z innumerabilia milia scōrū: z pphetarū oium chorus cū sanctis angelis himnū deo incessanter canunt. Cum ipis nos faciat eterna gaudia percipere christus qui cuz patre z spiritu sancto viuit z regnat in secula seculorum amen.

De salute aīe. Fmo. liij.

q Uantuz ad anime nostre desiderium pertinet fratres carissimi: voluntaſ nostre ē: vt ad vos requirendos frequēter veniamus: sed necessitas tēporis multum venimus incolumes nos venire meruimus: z ideo quia de cōmuni corporum sanitate gaudemus: de animarum salute que vera salus est inq̄tuz dominus dederit colloquamur. Ideo frēs ad imaginez dei facti sumus: vt deo donante intelligamus: que sit desideranda patria: que sit vera beatitudo: que vera vita: que perfecta sanitas: que sit eterna felicitas. Sz intus in corde deo inspirante, cognoscam⁹. Nemo se excusare poterit vt dicat nō noui litteras: ideo dei precepta intelligē nō possuz: qz q̄ litteras nō nouit: q̄d sit aut nō sit intelligere debet. Interroget homo sciētiaz suam z alloquatur seipm: z dicat sibi suis verbis. O hō quis es aut vbi es. z vñ veniſti. Et respondet tibi. Hō sum: z dei creaturam me esse cognosco. Itez interroga: z dic. Quid in te habes: aut et quibus rebus te factum esse cognoscis. Reseonde: z dic. Et anima z carne me cōstare cognosco. Quid in te et his duabus rebus melius habes. Respōde. Sine dubio aīam meliorem habeo q̄ carnem. Optime z ordine legitimo respōdisti: z dixisti te animam meliorem habere q̄ carnem. Dic nū

bi adhuc. Ubi es o homo? Rñdebis. In mũdo. Postea vero vbieris. In celo. Quãdiu ibieris. In secula seculoꝝ. Justissime rñdisti: & vere dixisti. Fac modo rationes vite tue: & esto iudex iustus. Ex oib⁹ rebus quas dedit tibi de⁹. serua carni tue vnde sustẽtetur in mundo: et repone aie tue vnde in perpetuum viuat in celo. Attende diligenter cõscientiã tuã. & vide si tantas res aie tue reposuisti in celo: q̃ztas habes corpori tuo in mundo. si tot solidos reposuisti i celo q̃tos tibi seruasti i mundo. Vide si tot modios tritici: si tot amphoras vini per elimosinam in paradiso vnde viuat aia tua repõsuisti: q̃ztum tibi reseruasti vnde viuere possit caro tua in mundo. Cum ergo ista diligenter attenderis & considerans sapiẽter vides te prope totam libraꝝ carni tue seruasse in mundo: & vnam vnciam reposuisse in celo: erubesce & ci

to ad penitẽtie medicamẽta cõfuge: q̃ inceptum in teipsum iudicium iudicasti. Aliud verum dixisti & aliud operibus perfeciſti: quia totum carni nõ soluꝝ fideliter sed etiam infideliter deputasti. Nescio. si apud te periclitetur iudiciũ tuum: q̃n inter aiam & carnem tuaꝝ iniqua sunt iudicia tua. Et vbi te iustũ inueniri potero: quẽ i teipõ iniquuꝝ esse cognosco. Et nunc certe nutrimus carnem: ornamus carnez: aliquotiẽs inebriamus nos: & nimium delitiose pascimus carnem: quam velimus nolimus post paucos menses aut ãnos vermes deuoraturi sunt in sepulchro: & cõtemnimus aiaꝝ que deo ab angelis presentatur in celum. O q̃ dura erit aie peccatrici & q̃ intollerabilis hora illa q̃n videbit bonam aiam requiẽre cipere in paradiso: se vero torqueri in eterno supplicio. Ergo cõsiderate frẽs charissimi si maiorẽ certe

vel equalē partē aie facia
mus. Nō. n. foris i corpo
re: sed intus in iteriori bo
mine facti sumus ad ima
ginez dei. Caro. n. nostra
de limo terre formata est.
Nūquid iustū est vt limus
terre imagini ꝓponat. Ca
ro. n. debet seruire: z aia ipe
rare. Ista debet exercere
iperiuz: z illa subiecta ser
uitiuz. In oib⁹ christianis
bonis aia dnat: z caro ser
uire ꝯpellitur. In peccato
ribus vero z amatoribus
huius mūdi inuerso immo
uerso ordine caro erigit
z anima humiliat: illa de
liciis pascitur z ista fame
torquet: illa luxuriat i ve
stibus preciosis z ista vix
in veterib⁹ inuoluit panis:
z si in peccatis fuerit ob
noxia: eterno iudici ꝑsen
tatur: z tūc ei⁹ vera igno
minia apparebit. Maz cū
anima i corpore suo caput
eē debeat quicūqz carnez
delicijs aut voluptatibus
nimiū erigit: nutrit: fouet:
z palpat: animā vero de
spicit z ꝓtēnit: pedes leuat
in alto z caput imprimit i
ꝑfundo. Et qualis ē i ocu
lis boium: qui inuersis pe
dibus ambulare videt: ta
lis ē in oculis angelorz cui
caro ꝓpria dnat: Sicut ꝙ
supradixi: fecit nos de⁹ ad
imaginē z similitudinē su
am: z cū deberet in nobis
homo interior dnari: in tā
tum deuz ꝓtemnimus: vt
imaginē dei miserabili li
mo seruire faciam⁹ et hoc
est iniquū iudicium: vt car
nē nostrā aie preponam⁹.
Sz hoc oēs boies recto iu
dicio nō faciūt. Multi enī
sunt honesti: sobrij z humi
les: misericordes: casti in
quib⁹ aia tenet imperiū: z
caro subiecta seruit. Et iō
rogo vos fratres attēdat
vnusquisqz ꝯscientiā suaz
z si illi dominatur caro: ci
to erigat dominaz z stimu
let ancillaz: vt nō caro vin
cat animaz z ad luxuriaz
trahat: sed magistra car
nez suam regat z per vias
castitatis z iustitie ducat.
Qui vero in se sentit aiaz
dominari teneat cum dei

adiutorio discipline contineamus: et per freta pelagi huius mundi ita nauigium corporeum veritate gubernāte cōtendat: ne iter fluctus iustitie naufragiū incautus incurrat. Ut.n. agnoscatur q̄ ex nobis in veritate anima dominetur. de substātia nostra victum nobis sufficienter et vestitum simplicem reseruemus: et quicquid amplius deus dederit: anime in eternam beatitudinem. p elimosinam pauperum reponamus: ne forte cū carnem nostram ornamentis componimus et multis delitijs saginamus: partem cum illo diuite purpurato: et nō cum Lazaro: habeamus. Scitis.n. vt in euangelio frequenter audistis. q̄ diues ille qui epulabat quotidie splendide et purpura induebatur et bisso. post de corpore exijt. et sepultus est in inferno et ibi inter flammas aque guttam et locum refrigerij requisiuit: et inuenire nō meruit. Ecce cui⁹ caro luxuriatur et epulatur i seculo quales diuitias inueniet i iferno. Lazarus vero qui nec diuitias nec ornamenta hūit in seculo post mortem in sancti abrae requieuit gremio. Sicut ergo supradicti fratres carissimi refrenemus gulam nostrā et victum ac vestitum simplicem carni nostre in hoc seculo preparemus: vt remaneat aliquid quod in futuro seculo anime reponamus. Quod peritura gula cupit: reseruet elimosine: ornamēta que luxuria ac suauitas requirit i mūdo: misericordia et veritas reponat in celo. Si ornati volumus esse: queramus ornamenta vnde nemo ornatur indignus. Si delitias concupiscimus: non queram⁹ carnales ac trā sitorias ex quibus stercora cōficiuntur in mundo: sed magis spūales et eternas vnde angeli epulātur in celo. Et si forte queris que sint ille delicie: au-

di apostolū dicentē. Quod nec oculus vidit nec auris audiuit. nec in cor hois ascendit que preparauit dominus diligētib⁹ se. Adhuc queris ⁊ interrogas quid sit hoc? Si vis verū agnoscere. deus est delitie tue. reges tua. sanitas tua. gaudiuz tuū. felicitas tua. refrigeriū tuū. amenitas tua. et quicqd est sancte possit desiderare aia tua: totū tibi deus erit. Sic beatus apostolus dicit. Et erit deus oia i omnibus. Quare audi me. Quid tibi sufficit: si deus tibi non sufficit? Si ergo ista omnia desiderati: paradisi requiē querite. p eterna beatitudine suspirate. vnde non exit amicus: vbi nō intrat inimicus. vñ nec bon⁹ pōt exire aliqñ nec malus vllo modo introire. Ad istam ergo primam ornati bonis opibus festinemus: vt dū elimosinā pauperibus dederimus. ad celestia regna puenire possimus. Ad que ille nos pducat qui est bendictus in secula seculoz. Amen.

Super p̄ salmo deus deorum dñs locutus est sermo. liij.

Emo fratres carissimi falsa securitate se decipiat. ⁊ putet añ tribunal xp̄i nō esse venturū: nec redditurum de factis prauis rationem veniet enim dñs deus noster ⁊ non silebit. Modo. n. silere dicit: q2 adhuc vindictā suspendere videt. Hec feciste et tacui. Quid ē tacui: nisi nō iudicaui: seueritatē meam distuli. patientiā tibi prolongaui. penitētiā tuā diu expectaui. Hec feciste et tacui. Ego aūt cuz adhuc expectarē vt te peniteret: tu ⁊ me ⁊ apostolū audire contempsisti. Quia secundum duritiē cordis tui ⁊ impenitēs cor thesaurizasti tibi irā in die ire ⁊ reuelatiōis iusti iudicij dei suspicatus es inique q̄ ero tui similis Paruz est quia malefacta tua placent tibi: putasti placere ⁊ mihi. Deum q2 non statim pateris vltorem

vis tenere participez ⁊ tã q̃ corruptuz iudicẽ. prede
ſociuz vis habere. de mul
tis q̃ rapuiſti. paruas eli
moſinas faciens: ⁊ adhuc
peccata non deſerẽs: qua
ſi corrupto iudice putas te
poſſe redimere: cuz ſi etiaz
totum dares. et peccata
ipſa non deſeras teipſum
deciperis pecuniaz perdẽ
do: ⁊ peccata non red mẽ
do. Suſpicatus es iniq̃ q̃
ero tui ſimilis: arguaz te.
Qñ veniet. n. dñs de⁹ nr̃. ⁊
ñ ſilebit: arguaz te. Et q̃d
faciã arguẽdo te? Quid fa
ciã tibi? Dõ te nõ vides:
faciã vt videas te: q⁊ ſi te
videres: ⁊ diſpliceres tibi
⁊ placeres mihi. Quia ve
ro te non videris. placuiſti
tibi: diſplicebis tibi ⁊ mi
hi. Dihi cuz iudicaberis:
tibi cum ardebis. Quid. n.
tibi faciam inquit? Conſti
tuam te ante faciem tuaz.
Quod enim vis latere te
ipſum: in dorſo tuo eſt tibi:
Non te vides: faciaz vt vi
deas te. Quod tu poſt dor
ſum tuuz poſuiſti ego ponã
ante faciem tuã: non vt tu
corrigas te: ſed vt erube
ſcas. Modo. n. fratres ca
riſſimi: cẽs amatores luxu
rie: ⁊ qui cum delectatiõe
faciunt iniquitatem: pctã
ſua poſt dorſum eiciunt.
Si vero aliquid boni caſu
aliquo: vel p aliquibus oc
caſiõem fecerit ante ſe po
nunt: ⁊ inde aſſidue gloziã
tur ⁊ dicunt. ego illum libe
raui. ego illi benefeci. ego
illi tantum dedi. Et dñ bo
na que per illos facit deus
ſibi aſſignant. per vanita
tem perdũt. qui per elimo
ſinaz acquirere videntur:
ac ſi añ tribunal Chriſti p
ditis bonis que ante ſe ha
bebant peccata que poſt
dorſũ piecerant ante eorũ
faciez prouocantur: ⁊ ſine
vllo termino ſupplíciuz ſu
ſtinebunt: qui ſibi dum vi
uerent noluerunt preuide
re remediũ: vt faciũt illi
qui plus diligunt preſentia
q̃ futura: Qui uero de aie
ſue ſalute attẽtiuſ cogitãt:
econtrario faciunt. Bona
quecunq̃ fecerũt poſt dor

sum proiiciunt: mala que cunq; subrepserint añ oculos ponunt: vt dum de ipis in presenti seculo erubescunt: & vulnera curare et mortua suscitare: & sordida abluere: tota deuotione contendunt: cum in die iudicij ante tribunal christi venerint mala que ante faciē suaz posuerunt: & bonis operibus redēpta sunt auferētur. bona vero que propter vanitatez post tergum peccerant: ante oculos collocabuntur & merētur audire. Venite benedicti patris mei: percipite regnuz. Veniet dominus deus noster & non silebit. Et tunc arguet quando correctōis locꝰ nullus erit. Statuam te inquit ante faciez tuam. Modo ergo tu sicut iam supra dictum est quisquis talis es: fac quod dominus tibi minatur faceꝛ. Tolle te a dorso tuo. vbi te videre non vis: dissimulās facta tua: & cōstitue ea ante te te. Ascēde tribunal mētis tue: esto tibi iudex. torqueat te timor: rūpat confessio. dic deo tu. Quoniaz iniquitatem meam ego cognosco: & peccatum meuz ꝓtra me ē semper. Quod erat post te fiat ante te: cū factum fuerit ante te: puniatur a te: ne tu postea a deo iudice fias ante te. et non sit quo fugias a te. Intelligite autem hec qui obliuiscimini deum: Non cognoscitabas de vita tua mala. Intellige qui oblitꝰ es deum: ne quādo rapiat sicut leo. & nō sit q̄ eruat. Quid est: sicut leo: Sicut potēs. sicut fortis. sicut ille: cui nemo resistere potest. Illi enim quos supradiximus idest amatores mūdi. amore suo deum amare videntur. sed longe aliud ab operibus exercere secundum illud q̄ ait propheta. Populus hic labijs me honorat. cor autem eorum lōge est a me. Clamat illis spiritus sanctus. Peccatori autem dixit deus. Ut quid enarras: iustitias meas & assumis testim meū p os tu

unū: tanq̄ si diceret. Mihil tibi ꝓdest q̄ laudas deum. illis enim qui bene viuunt: ꝓdest q̄ deum laudant. Tu autem si laudas ⁊ peccata non deseris nihil tibi ꝓdest. Ut quid deum laudas: Audi scripturam dicentez. Non est speciosa laus in ore peccatoris. Si enim male viuis: ⁊ bene doces: nō deuz laudas: ergo audite qui bene viuitis. Sacrificium laudis honorificabit me. Nemo offeret mihi hoc sacrificium ⁊ malus est. nō dico nō mihi hoc offerat malus sed nēo mihi hoc offert malus. Qui enim laudat bonꝰ est qui si laudat etiaz bene viuit. Qui laudat nō soluz lingua laudat. sed et lingua cum vita cōsentit. Et ideo rogo vos fratres carissimi. quantum possiuz cū dei adiutorio studeamus vt quomodo deum laudamus vocibus. sic ⁊ bonis operibus collaudemus. melius est tacere ⁊ bene facere q̄ deum laudare ⁊ peccata committere. Qui enim laudat deum vita simul et lingua: vocibus pariter et bōis operibus: dupliciter in se prouocat gratiaz dei. Si enim non valet deuz laudare vocibus laudet bōis operibus. assiduis orationibus. sanctis cogitationibꝰ. Sic enim diligenter attendāus: vt i hoc seculo cuz secura conscientia deum laudare possimus: vt i futuro eternum gaudiuz feliciter inueniamus. Amen.

Incipit sermo primus sancti patris nostri Augustini de cōi vita clericoruz ex sui dispositiōe Fmo. liiij.

Propter quod volui ⁊ rogaui hesterna die: vt hodie frequentius cōueniretis: hoc ē: quod dicturus suz. Vobiscū viuimus: ⁊ propter vos viuimus: et intentio votumq̄ nostruz est: vt apud christum vobiscum sine fine viuamus. Credo autem ante oculos vestros esse conuersationem nostram: vt ⁊ nos dicere fortassis audeamus.

quamuis multuz illi impa
res: qui dixit Imitatores
mei estote: sicut & ego xpi.
Et ideo nolo vt aliqu s de
vobis inueniat male viuē-
di occasionez. Prouidem⁹
eni bona: vt ait apostolus:
nō solum corāz deo. sed ēt
coram oībus hoībus Pro
pter nos conscientia nostra
sufficit nobis: propter ws
fama nostra non polui: sed
polere debet in nobis. Te
nete qđ dixi atq; distingui
te. Due sunt res: ꝓscientia
& fama. Cōscientia tibi: fa
ma primo tuo. Qui fidēs
ꝓscientie sue negligit famā
suam crudelis ē: maxime
in loco isto positus: de quo
dicit apostolus scribēs ad
discipulū suum. Circa oēs
teipsuz bonoꝝ operuz pre
be exemplū. Ut ergo vos
nō diu teneam: ꝑsertiz: qa
ego sedens loquor: vos stā
do labora: nostis oēs aut
pene omnes sic nos viue-
re in ea domo que dicit do
mus episcopi vt q̄tuz pos
sum⁹ imitemur eos sctōs:
de quibus loquitur liber a
ctuum apl̄oꝝ. Nemo dice
bat aliquid proprium. sed
erāt illis omnia cōmunia.
Quia forte aliqui vestruz
sunt nō tam diligentes vi
te nostre scrutatores: vt
hāc nouerint quomodo vo
lo vos nosse: dico quod fre
quenter dixi. Ego quem
deo propitio videtis epi-
scopum vestrum: iuuenis
veni ad istam ciuitatez vt
multi vestruz nouerunt: &
querebam vbi construerē
monasterium et viuerem
cuz fratribus meis. Spez
quippe omnem seculi reli-
queram: & quod esse potui
esse nolui: nec tamen que-
siui esse quod suz. Elegi in
domo dei abiectus eē: ma
gis q̄ habitare in taberna
culis peccatorum. Ab eis
qui diligunt seculum segre
gaui me: sed eis qui prestūt
populis non me coequaui.
nec in cōuiuio domini mei
superiorem locum elegi: sz
inferiorem et abiectum. &
placuit illi dicere mihi:
ascende sursum. Usque
adeo timebam episcopa-

rum: vt qñ ceperat eẽ ali-
cuius iã moneti inter dei
seruos fama mea: i quo lo
co sciebã nõ eẽ epm nõ illo
accederẽ. Cauebã hoc et
agebã q̃tũ poterã: vt in lo
co humili saluarer: nõ i al-
to periclitarer. Sz vt dixi:
dño seruus ꝓtradicere nõ
debet. Veni ad istã ciuita
tẽ ꝓpter vidẽdũ amicum:
quẽ putabã me lucrari pos
se deo: vt vobiscũ eẽt i mo
nasterio: Quasi securus p
ueni: q̃a locus bẽat epm.
Apprehensus z pbiter fa
ctus: p hũc gradum pueni
ad episcopatũ. Nõ attuli
aliq̃d: nec veni ad hãc ec-
clesiam: nisi cum bis indu
mentis: quibus illo tẽpore
vestiebar. Et q2 hic dispo
nebaz eẽ in monasterio cũ
fratribus: cognito insti-u
to z voluntate mea beate
memorie senex Valerius
dedit mihi ortum illũ i quo
est nunc monasteriũ: Ce-
pi boni ꝓpositi fratres col
ligere compares meos: ni
hil habẽtes sicut nihil ha-
bebam z imitãtes me: vt
qñ ego tenuem pauptatẽ
meã vendidi: z pauperib9
erogaui: sic fecerũt z illi q̃
mecũ esse voluissent: vt de
cõi viueremus. Cõmune
aũt nobis erat magnum z
vberrimũ prediuz ipse de
us. Perueni ad episcopa-
tuz: z vidi necesse habere
episcopũ exhibere humani-
tatẽ assiduã quibusq; ve
nientibus siue transeunti
bus: Quod si nõ fecissem:
episcopus inhumanus di-
cerer. Si autẽ consuetudo
ista in monasterio permis-
sa eẽt: indecens eẽt. Et iõ
wlui bẽre in ista domo epi
mecũ monasteriũ clerico-
rũ. Ecce qñ viuim9: Mul
li ꝓpriũ i societate nostra
habere licet z siqui habẽt
faciũt q̃ nõ licet. Bene au
tem sentio de fratrib9 me
is z semp bene credẽs ab
hac inquisitiõe dissimula-
ui: q2 z ista querere: quasi
male sentire mihi videba
tur. Noueram enim z noui
oẽs qui mecũ viuerẽt. no-
sce ꝓpositum nostrũ: no-
sce legẽ vite nostre. Venit

ēt ad nos presbyter ianua
rius qui videbaṫ sua bone
ste errogādo quasi cōsum
psisse sz nō ꝯsumpsit. Re
mansit illi quedā pars pe
cunie idest argētū: qd' di
ceret eē filie sue. Filia ipsi
us deo ꝓpitio in monaste
rio feminarū ⁊ bone ⁊ spei
est. Gubernet illaz dñs vt
impleat q̄e de ea iam spe
ramus in illius misericor
dia: non eius meritis: Et
quia infra ānos erat et de
sua pecunia nibil facere po
terat: q̄uis ei videremus
fulgorē professionis: tamē
lubricū timebam⁹ etatis:
factum est vt ipsum argē
tum quasi puelle seruare
tur: vt cū ad legitimos an
nos veniret: faceret inde
qd' virginē xp̄i deceret: qñ
optime iam facere posset.
Dū bec expectant cepit il
le morti propinquare: qui
diu tanḡ de suo: iurās q̄a
ipsius erat: nō filie: testa
mentū fecit: testamentuz
inq̄ fecit presbyter socius
noster nobiscū manēs: de
ecclesia viuens: cōem vi
tam ꝓfitēs: testamētū fe
cit: heredes istituit. O do
lor illius societatis: o fru
ctus natus non de arbore
quam plantauit dñs: Ez
ecclesiaz scripsit heredē.
Nolo mūera ista: nō amo
amaritudinis fructū. Ego
illū deo querebā: societa
tem ꝓfessus erat: bāc te
neret: bāc exbiberet: nibil
beret: testamētū non face
ret: habeat aliq̄d: nō se no
strū sociū quasi dei paupe
rez fingeret. Lugnus iu
de mibi dolor est fratres.
Dico caritati vestre: pro
pter hūc dolorez statui he
reditatem ipsam in eccl'ia
nō suscipere. Filioꝝ ipsi⁹
sit qd' reliquit: ipsi inde fa
ciāt qd' voluerint. Videt
.n. mibi q̄ si eā suscepo in
isto facto qd' mibi displi
cet: ⁊ quo doleo: ei⁹ parti
ceps ero. Hoc volui nō la
tere caritatē vestram. Fi
lia ipsi⁹ i monasterio femi
naꝝ ē: fili⁹ ipsi⁹ i monaste
rio viroꝝ ē. Ambos exhe
redauit: illā cū laude: istuz
cū elogio. i. cū vituꝑatiōe.

Cõmendaui aũt eccl'ie vt nõ accipiãt ip'as porciun culas q̃ ptinent ad exbere datos: nisi cũ ad legitimaz etatẽ puen:rint: Hoc eis reseruat ecclia. Deinde li tẽ dimisit iter filios suos: i qua labozo. Puella dicit: meũ est: nostis q2 boc dice bat semp p̃ me. Puer di cit credat p̃i meo: q2 mo riens mentiri non potuit: Et'ista ꝺtẽtio: quale malũ ẽ: Sz si pueri isti serui dei sũt: litez bãc iter illos cito finim. Audio illos vt p̃: z forte melio q̃ pater ipso rũ. Videbo quid sit iure si cut deus voluerit cuz pau cis fratrib' fidelib' bono ratis deo ꝓpitio de nume ro vestro. i. de plebe ista. Audio inter illos causam: z sicut dominus donauerit finio. Tamen rogo vos: ne mo me reprehendat. quia eius hereditatez nolo q̃ su scipiat ecclesia. Primo q2 factum illius deteston: de inde quia institutum meuz multi laudant: quod dictu rus sum: sed z aliqui repre hendunt. Utriscz satisfa cere valde difficile est. Au distis modo cũ euãgeliũ le geretur. Cecinimus vob: z non saltastis: lamentaui mus z non planxistis. Ue nit ioãnes neq; manducãs neq; bibens: z dicũt demo niuz habet. Uenit filius ho minis manducãs z bibẽs: z dicunt: ecce homo vorax z potator vini: publicanoz z peccatoz amicus. Quid ergo facio iter illos qui pa rant me reprehẽdere z dẽ tes in me ducere: si suscepero hereditates eorum: qui filios suos irati exhere dant? Iterum quid sum fa cturus eis quibus canto z non volunt saltare: qui di cunt. ecce quare nemo do nat ecclesie hypponẽsi ali quid. ecce quare non eam faciunt qui moriuntur he redez: quia episcopus Au gustinus de bonitate sua: laudando. n. mordent: la bijs mulcent: dentẽ figũt: donat totum non suscipit: Plane suscipio: profiteor me suscipere oblatiões san

etas. Si quis aũt irascitur filio suo: t moriens exheredat eũ: si viueret nõ cũ placarem: nõ ei filiũ suũ reconciliare deberẽ. Quomodo ergo cũ filio suo volo vt habeat pacem: cuius appeto hẽditatẽ. Sed plane si faciat q̃ sepe hortat⁹ suus vnus filiũ hẽt: putet xp̃m alteꝝ duos hẽt xp̃s tertiũ, decẽs hẽt xp̃s vndecimus faciat: t suscipio. Q2 & feci hoc in quibusdam rebus: iam voluntt bonitatem meam vel cõmendationẽs fame mee in aliud vertere: vt in alio modo me reprehendãt: q2 oblationes deuotorum hominũ nolo suscipere. Eõsi derẽt q̃ multa susceperis: quid opus est ea numerare: Ecce vnam dico: Filij Juliani hereditatem suscepi. Quare: Quia sine filijs defunctus est. Bonifacii hereditatem suscipere nolui: nõ misericordia: sed timore. Nauiculam nolui esse ecclesiaꝝ christi. Multi sunt quidem qui etiaꝝ de naufragijs acquirunt. tamẽ vna tẽptatio eẽt: si iret nauis t naufragaret. Boies ad tormẽta daturi eram⁹: vt de submersiõe nauis ꝑsuetudinẽ quererẽt: t tor querentẽ a iudice qui essent de fluctibus liberati. Sed nõ eos daren⁹. Nullo pacto: n. hoc facere deceret eccl'aꝝ. On⁹ & fiscale ꝑsolueret si vñ ꝑsolueret: Enthecã nob bẽre ñ lz: Nõ. n. ẽ epi Ruare aurũ: t reuocare ase meudicantis manũ. Quotidie tã mlti petũt tã multi gemunt: tam multi nos iopes iterpellãt vt plures tristes relinquamus: q2 quid possimus dare omnibns: non habemus. Nõ habemus ergo enthecam. Propter naufragium ergo hoc vitando feci. non tonando. Nemo me ibi laudet: sed nemo etiam vituperet. Plane quando dona uit filio quod iratus pater mortiẽs abstulit: benefeci. Laudent qui volunt: peccant qui laudare nolunt. Quid plura fratres mei: Quicũq; vult exheredato

filio heredem facer ecclesiam: querat alterꝝ qui suscipiat: nō augustinū: imo deo propitio nullum inueniat. Quam laudabile factū sancti ⁊ venerandi cpi Aurelij carthaginensis: quomodo impleuit eos oēs qui sciunt: laudibus dei. Quidam cuꝫ filios non haberet: neqꝫ speraret res suas oēs retēto sibi vsufructu donauit ecclesie. Nati sunt filij: sibi postea ⁊ reddidit episcopus nec etiam opināti illi que donauerat. In potestate habebat episcopus nō reddere: sꝫ iure fori. non iure poli. Sane ēt hoc nouerit caritas vestra diriſſe me fratribus meis qui mecum manent: vt qui cunqꝫ habet allquid aut vē dat ⁊ erogęt: aut donet ⁊ cōmune illud faciat. Eccle siam habet per quam nos deus pascit. Ego dedi dilationem vsqꝫ ad epiphaniam ꝓpter eos qui: vel cum fratrib⁹ suis nō diuiserūt: ⁊ diuiserunt quod habent apud fratres suos: vel non duꝫ de re sua aliquid fecerūt qz expectabaꝫ etas legitima. Faciant inde quod volunt: duꝫ tamen sint pauperes mecuꝫ: simul expectantes misericordiā dei. Si aūt nolunt: qui forte nolunt: certe ego sum qui stateram sicut nostis nulluꝫ ordinare clericum: nisi qui mecuꝫ vellet manere: vt si vellꝫ discedēr a ꝓposito: recte illi tollerē clericatum: quia desereret sancte societatis promissuꝫ ceptumqꝫ consortium: ecce in conspectu dei ⁊ vestroꝝ muto consilium. Qui volunt habere aliquid ꝓpriuꝫ: quibus nō sufficit deus ⁊ ecclesia sua maneant vbi volunt ⁊ vbi possunt: nō eis aufero clericatum. Nolo habere ipocritas. Malū est. quis nescit: malū est cadere a proposito: sed peius est simulare propositum: Ecce dico audite. Qui societatem cōmunis vite iam susceptaꝫ: que laudaꝫ in actibus apostoloꝝ deserit: a voto suo cadit. ⁊ professione sancta

eadit. Obseruet iudicem: sed deum. non me. Ego ei non aufero clericatū. Quā tum sit periculuz ante ocu los eius posui: faciat quod vult. Moui. n. q̄ si aliquez hoc faciētez degradare wo luero: non ei deerūt patro ni: non ei deerunt suffraga tores ꝛ hic ꝛ apud episco pos: qui dicant. Quid eniz mali fecit? Mō potest tecū tollerare istam vitam. Ex tra episcopatum vult ma nere. ꝛ de propzio viuere: ideo non debet perdere cle ricatum. Ego scio q̄ tū ma li sit profiteri sanctum ali q̄d: nec iplere. Uouete in quit ꝛ reddite dño deo vro. Et meli⁹ est ñ wuere: q̄ vo uere: ꝛ nō reddere. Uirgo etsi nunq̄ fuit in monaste rio ꝛ virgo sacrata est: nu bere non licet: q̄uis esse in monasterio nō cōpellitur. Si aūt cepit esse in mona sterio: ꝛ deseruit: ꝛ tñ vir go est: dimidia ruit. Sic ꝛ clericus duas res profes sus est: ꝛ sanctitatē: ꝛ cleri catum. Interius sanctita tem: nā clericatum ꝓpter populuz suū deus imposuit ceruicib⁹ ipsius cui magis enus ē q̄ bonoz. Sed q̄s sa piens. ꝛ intelliget hec? Er go professius est sanctitatē: professius est cōmuniter vi uēdi societatez: ꝛ ꝓfessius ē quā bonum ꝛ quam iucun duz bitare fratres in vnū. Si ab hoc ꝓposito cecidit: ꝛ extra manens clericus fuerit: dimidius ꝛ ipse ce cidit. Quid ad me? non euz iudico. Si foras seruat san ctitatez: dimidius cecidit. Molo q̄ habeat necessita tez simulādi. Scio quō ho mines ament clericatum: nemini euz tollo nolenti me cuz cōmuniter viuere: sed habet deum qui mecuz ma nere vult. Si paratus est pasci a deo per ecclesiaz ip sius: non habere debet ali quid propzium: sed aut ero gare pauperib⁹: aut in cō mune mittere mecuz. Qui hoc non vult: habeat liber tatē: ꝛ videat vtrum habe re possit felicitatis eterni tatē. Sufficiant hec iteriz

caritati vestre. Quod ege
ro cum fratribus meis: an
nuntiabo vobis. Spero. n.
bona. Omnes mihi liben-
ter obediunt: nec iuēturus
suz aliquos habere aliq̄d:
nisi aliqua necessitate reli-
gionis: non occasione cupi
ditatis. Quid ergo egero
post epiphaniam: caritati
vestre in dñi voluntate: z
quomodo litez finiero iter
duos fratres filios presby
teri Januarij: non vobis
tacebo. Multa locūt⁹ suz:
date veniaz loquenti sene-
ctuti: z tumide infirmitati.
Ego sicut videtis per eta
tem iam senui: z per infir-
mitatē corporis oliz senex
fui. Tamē si deo placet qđ
dixi: mō ipse det vires: nō
vos desero. Orate pro me
vt q̄tuz ineſt anima in hoc
corpore: z qualescunq; vi
res suppetūt: in verbo dei
seruiam vobis. Amen:

De cōi vita clericoruz et
sui ordinatione seu disposi
tione sermo: lvi.

Caritati vestre hodie
de nobis ipsis sermo
reddendus est. Quia enim
vt ait apostolus: spectacu
lum facti sumus mundo z
angelis z hoibus: qui nos
amāt q̄runt quod laudēt i
nobis: qui autem nos ode-
rūt detrabūt nobis. Nos
autem in vtroq; medio cō
stitui adiuuāte dño deo no
stro: z vitam: z famaz no
stram sic custodire debe-
mus: vt non erubescant de
detractoribꝰ laudatores.
Quomodo autez viuere ve
limus quomodo deo pro-
pitio iam viuamus: q̄uis
de scriptura sancta multa
nouerītis: tamen ad cōme
morandos vos: ipsa de li-
bro actuuz apostoloꝝ vob
lectio recitabitur. vt vide
atis vbi descripta sit for-
ma quam desideramus im
plere. Duz ergo recitatur
vos intentissimos esse vo-
lo: vt post eius recitatōez:
quod instituī loquar domi-
no donante intentionem ve-
stre. Et lazarus diaconus
legit. Luz orassent motus
est locus in quo erant con-
gregati z repleti sunt om-

nes spiritu sancto: ⁊ loque
bãtur verbum dei cum fi
ducia omni wlẽti credere.
Multitudinis aũt creden
tiũ erat aia vna ⁊ cor vnũ
nec quisquã coꝝ q̃ possíde
bat aliquid suũ eẽ dicebat
sed erãt illis oia cõmunia.
Et uirtute magna reddeꝫ
bãt apli testimoniũ resur
rectionis Jesu xpi dñi no
stri: ⁊ gra magna erat i oi
bus illis. Neq; enim egẽs
q̃squã erat iter illos. Quot
quot.n. possessores prędio
rum vel domoꝝ erãt: vẽ
dentes afferebant prętia
coꝝ q̃ vẽdebãt: ⁊ ponebãt
ante pedes apostolorum.
Diuidebantur autem sin
gulis prout cuiq; opꝰ erat.
Cumq; lazarus diaconus
recitasset: ⁊ episcopo codi
dicem tradidisset: Augu
stinꝰ episcopꝰ dixit. Etiã
ego legere volo. Plus eni
me delectat huiꝰ verbi cẽ
lectorem: q̃ verbi mei dis
putatorem. Cuꝝ orassent
motus est locus i quo erãt
congregati et repleti sunt
omnes spiritu sancto: et
loquebantur verbũ dei cũ
fiducia omni volenti cre
dere. Multitudinis autẽ
credentiuꝫ erat aia vna ⁊
cor vnum: nec quisq; eorũ
que possidebat aliquid su
um eẽ dicebat: ⁊ erãt illis
omnia cõmunia. Et virtu
te magna reddebant apo
stoli testimonium resurre
ctiõis Jesu xpi dñi nostri:
⁊ gratia magna erat i oi
bus illis. Neq; enim egẽs
q̃squã erat iter illos. Quot
quot eniꝫ possessores p̃dio
rum vel domoꝝ erãt: ven
dentes afferebant prętia
coꝝ q̃ vendebant: ⁊ pone
bant ante pedes aplorum.
Diuidebãt aũt singulis, p
ut cuiq; opus erat. Cumq;
ep̃us legisset: dixit. Audi
stis que iaꝫ wlimus: orate
vt possimus. Cõtingit au
tẽ quedam necessitas: vt
hec diligẽtiꝰ agerẽ. qñi si
cut nostis iam presbyter i
nostra societate ꝯstitutus:
quali societati perhibet te
stimoniũ lectio quaꝫ modo
cum recitaremꝰ audistis:
meziens testamentum se

eit: q2 habuit ũde faceret. Erat quod diceret suũ: cũ i ea societate uiueret: vbi nemini licebat suũ aliquid dicere: sz essent illis oia cõ munia. Si quis dilector z laudator noster apud detractorẽ nostruz ꝑdicaret istã societatez. z diceret: cũ epo augustino sic viuũt omnes cohabitatores eiꝰ qũo scriptũ est in actibus apostolorꝫ: cõtinuo ille detractor caput mouẽs. dentem promouens: diceret: ita vere sic ibi viuitur: qũo tu dicis. Quare mẽtiris? Quare falsa laude honoras indignos? Non ne ibi modo in eoruz societate positus presbyter testamentum fecit: z quod bũit: qũo uoluit disposuit z reliquit? Certe omnia ibi sunt communia: certe nemo dicit aliquid suum. Sub his verbis quid ageret laudator meus? Mõne os eius quasi plumbo opilaret ille detractor? Mõne ille laudasse peniteret? Nonne reuerentia perfusus. z illius sermone confusus: vel nobis: vel testatori illi maleddiceret. Hec fuit necessitas: vt ad istam diligẽtiã veniremus. Nuntio ergo vobis vnde gaudeatis: qa oẽs frẽs et clericos meos qui mecũ habitãt. presbyteros diaconos. subdiaconos: z patriciũ nepotẽ meum. tales iueni quales desideraui. Sz sunt q̃ de sua qualicũq; paupertate: qđ statuerãt mundũ fecerunt. Hi duo sunt valens diaconus: z pauloãte dictus ne pos meꝰ subdiaconus: Et matris vita impediebat: que inde viuebat. Expectabatur in illo ẽt legitime etatis accessus: vt qđ' faceret: firmissime faceret. Nondũ aũt fecit. qz ipsos agellos bz cum suo fratre ꝯmunes: z sub idiuiso possident. Si autez diuisi fuerint: eos cupit ecclie ofere: vt inde alantur qui sũt in proposito sanctitatis: quousq; i hac vita degũt. Scriptũ est enĩ: z hoc apostolus loquitur. Qui autẽ

suis ⁊ maxime domesticis nō pudet: fidē denegat: ⁊ ē infideli deterior. Nec autem mancipia. sunt ei similiter cū fratre cōmunia: ⁊ nondū diuisa. Disponit ea manumittere sz nō potest ante q̄ diuidantur. Quid enim ad se pertinet: adhuc ignorat. Ad ipsum sane: q̄ maior est pertinet diuisio: ⁊ ad fratrem eius electio. Et ipe frater eius deo seruit: ⁊ subdiaconus est sub sancto fratre meo ⁊ coepiscopo seuero i ecclesia milleuitana: Hoc agitur: hoc sine dilatiōe pr agēdū est: vt illi seruuli diuidantur ⁊ manumittant: ⁊ sic det ecclesie vt eorum excipiat alimentum. Nepos autē meus ex quo conuersus est: ⁊ mecum eē cepit: impediebat ⁊ ipse aliquid de agellulis suis agere inuita vsufructuaria matre sua: que hoc anno defuncta est: Inter ipsum ⁊ sororē ei⁹ sunt quedam cause in xp̄i adiutorio cito finiēde: vt ⁊ ipse faciat quod dei seruum decet: ⁊ quod ista p̄fessio: et ista exigit lectio. Diacon⁹ faustin⁹ sicut pene omnes nostis: hic de militia seculi ad monasteriuz conuersus ē. hic baptizatus inde diaconus ordinatus. Sz quia exiguum est quod videtur possidere: sicut iurisperiti loquūtur: iure non corpore reliquerat illud: ⁊ ab eius fratribus tenebatur. Hūc q̄ inde cogitauit ex quo cōuersus est: nec ipse aliquid quesiuit a fratribus suis: nec ab illo ē aliq̄d quesitū. Dodo quia ventuz est ad hūc articulū tēporis: cum cōsilio meo diuisit ipsā rē: ⁊ dimidiaz donauit fratribus suis: dimidiā ecclesie pauperi in loco eodem constitute. Diacon⁹ seuerus sub qua dei disciplina ⁊ flagello sit nostis: lumē tamē non perdidit mētis. Unaz domū hic emerat propter matrez ⁊ sororē suā: quas de sua patria huc desiderabat adducere. Emerat autē non sua pecunia: quā nō habebat: sed ex collatio

ne religiosorum virorum: quorum etiam mihi quę rēti nomina indicauit. De ipsa non possum dicere q̄d fecerit: aut quid disponat: nisi quia ip̄e totum in mea posuit voluntate: vt quic̄quid ip̄se vellem: hoc inde fieret. Sed habet quasdā causas cū matre sua: quarum me iudicem p̄posuit: vt cum ille fuerint terminate: fiat de ipsa domo quod ego voluero. Quid autem velle potero deo regente nisi quod iustitia iubet: et pietas postulat. Habet ēt in patria sua aliquos agellos: quos dispōit sic distribuere: vt etiam illic in ip̄o loco posite pauperi largiatur eccl̄ie. Diaconus ponensis homo pauper ē: q̄d alicui conferat non habet. tamē de laboribus suis anteqū esset clericus emerat aliquos seruulos: hodie illos in cōspectu nostro manumissurus est episcopalibus gestis. Diaconus eraclius ante vestros oculos versatur: et opera eius luceant coram oculis vestris: De opere eius et expensa pecunia memoriaz sancti martyris habemus. De pecunia sua emit etiā possessionem ex consilio meo: nam ipsam pecuniam voluit per manus meas erogare: sicut mihi placeret. Ego si pecunie auidus essez: aut necessitates ipsas meas: quas pro pauperibus habeo in hac causa curarem: pecuniam accipere. Quare: dicit aliquis: possessio illa: que ab illō empta et eccl̄esie donata est. adhuc nihil prestat eccl̄esie. Dom⁹ habebat ad precium: et quia mutuatus fuerat: hodie eius fructibus redditur. Homo sum senex: quantus mihi de illa possessione potest fructus accedere. Nunquid promitto mihi tot annos esse victurum: donec suum precium illa persoluat. Quod ergo vix diu partibus reddit: de proximo haberem totum: si accipere voluissem. Non feci: aliud atq̄

di. Fateor enim vobis & ipsi. suspecta mihi adhuc eius. etas fuit: & verebar ne forte vt sunt homines matrici eius hoc displiceret: & diceret inductum a me fuisse adolescentem: vt bona eius paterna consumerem & eum egentem relinquerem. Jō volui eius pecuniam in illa possessione seruari: vt si aliquid quod deus auertat aliter quaz volumus euenisset redderet villa. ne culparetur episcopi fama. Scio enim quantum vobis sit necessaria fama mea: nam mihi sufficit conscientia mea. Emit etiaz spacium ab ista postera ecclesia notum vobis: & sua pecunia edificauit donum. Et hoc nostis. Ante paucos dies priusq; sermonez de hac re haberem vobiscum: eaz donauit ecclesie. Expectauit enim vt eam perficeret. & perfectaz donaret. Fabricandi autē domum necessitas illi nulla erat: nisi ea cogitauit matrem suam huc esse ventu ram. Si autem venisset in re filij sui habitaret: modo si venerit: in opere filij sui habitabit. Testimoniuz ei perhibeo: pauper remānsit sed in caritatis possessione permānsit. Ulq; seruuli eius reliqui fuerant iam quidē i monasterio viuētes: quos tamen gestis ecclesiasticis manumissurus est hodie. Nemo ergo dicat: diues est nemo existimet. nemo male loquatur. nemo seipsum & animam suam suis dentibus laniet. Pecuniā nullam habet seruatam: vtinam quam debet restituat. Ceteri idest subdiaconi pauperes sunt deo. petitio: & misericordiam dei expectant. Unde ipsi faciant nō habent & nullas habentes facultates: finierūt mūdi cupiditates. Uiuūt nobiscum in societate communi: et nemo eos distinguit ab eis qui aliquid attulerūt. Caritatis vnitas preponenda est terrene cō modo hereditatis. Restāt presbyteri. Sic enim ad

eos gradatim ascẽdere vo
lui. Cito diteriz: pauperes
dei sunt. Nihil ad domũ, so
cietatis nostre attulerunt
nisi ipsam q̃ nihil carius ẽ
caritatem. Uerum tamen
quoniam scio natos fuisse
rumores de diuitijs ipsoz
non a me ad aliquid cõpel
lendi sed vobiscuz meo ser
mone: purgandi sunt. Uo
bis dico qui forte nescitis:
nam vestruz plurimi sciũt
presbyterum leporiuz quã
uis seculi natalibus clarũ:
z apud suos bõestissimo lo
co natum: tamen iam deo
seruiẽtem cunctis que ba
bebat relictis inopez susce
pi. Non qz nihil habuit. sz
qz iam fecerat q̃ lectio ista
persuadet. Hic non fecit:
sed nos scimus vbi fecit.
Unitas christi z ecclesie:
vna est vbicunq̃. Fecit bo
nuz op9: z pertinet ad nos
vt sibi cõgaudeam9. Hor
tus ẽ vnus vbi nostis: vbi
monasterium suis consti
tuit: qz z ipsi deo seruiunt.
Ille hortus ad ecclesiã nõ
pertinet: nec ad ipsum. Et
ad quem diterit aliquis:
Ad illud: q̃ ibi est monaste
rium. Sed hoc verum est.
q̃ ad hoc tempus curaz, p̃
illis ita gerebat. vt sumpti
culos: quibus sustentatur:
apud se haberẽt: z eis ipe vt
videbatur: ipenderet. Sz
ne propter hoc daretur lo
cus hominibus suspitiones
suas rodentibus: z ventrẽ
non implentibus: hoc pla
cuit z mihi z ipsi: vt sic se
illi transigant: quasi iste iã
de seculo exierit. Nũquid
enim cum obierit ipse: illis
dispensaturus est aliquid:
Melius est vt videat illos
ibi bene uersantes: z re
gente deo in disciplina xp̃i
sic viuentes: vt de illis tan
tummodo gãudeat. non eo
rum necessitatibus occu
petur. Pecuniam non ha
bet: quam suam dicere pos
sit. Habebat xenodochiuz
edificandum. quod modo
videtis edificatum. Ego il
li inunxi: ego iussi. Obtem
perauit mihi libentissime:
z sicut videtis: operatus
est: quomodo etiaz meo iu

su basilicam ad octo mar-
tyres fabricauit: de bis q̃
per vos deus donauit. Ce
pit enim de pecunia que da
ta erat ecclesie propter re
nodocbium: & cum cepisset
edificare: vt sunt religiosi
desiderantes opera sua in
celo scribi: adiuuerunt pro
ut quisq; voluit: & fabrica-
uit. Opus ante oculos ba
bem⁹. Omnis homo quid
factus sit: videt. De pecu
nia quia non habebat. mi-
bi credant: dentes compe
scant: non frangãt. Eme
rat de ipsa pecũia renodo-
chij: q̃dam domus in cara
ria: quam sibi existimabat
pp lapides, p futuram: sed
lapides ei⁹ domus: fabrice
necessarij ñ fuert: q̃m alijs
de prouisi sunt. Domus er
go ipsa se remansit. pensio
nem prestat: sed ecclesie: ñ
presbytero. Nemo ampli-
us dicat In domum pre-
sbyteri: ante domum pre-
sbyteri. Ecce vbi est do-
mus presbyteri. Vbi ẽ do
m⁹ mea: ibi est domus pre
sbyiteri. Vbi non habet
domum: nisi vbicunque ha
bet deum. Quid amplius
queritis? Nisi quia me il-
lud memini etiam promisi-
se: vt ad vos perferrez q̃d
egissem inter duos: fratrẽ
videlicet & sororem: filios
ianuarij presbyteri: quia
orta inter illos fuerat con-
trouersia peccuniaria. Sz
tamen quia sicut inter fra
tres saluandos propitia ca
ritate promiseram audire
vt inter illos quicquid essz
iudicandum finirem: para
ueram me iudicem: sed an
teq̃ iudicarez: ipsi quod iu
dicaturus eraz finierunt.
Non inueni vnde iudica-
rem: sed vude letarer. Ac-
quieuerũt omnino concor-
diter voluntati mee: & con
silio meo: vt pares essent
in pecunia: quam reliquit
pater eorum: ecclesia renũ
ciante. Post sermonez me
uz locuturi sunt homines:
sz & quodlibet homines lo-
quantur qualicunq; aura
flante: perducetur inde ali
quid ad aures meas: Et si
fuerit tale vt sit iterum ne

ceſſe vos purgare: reſpon-
debo detractoribꝰ ñdebo
maledicis: ñdebo icreduꝫ
ñ vob̃ credẽtibꝰ p̃sbyteris
ſuis: ñdebo vt potero qđ
dominus dederit. Interiz
modo non eſt neceſſe: quia
nibil forte dicturi ſunt.
Qui nos amant libere ga-
udebunt. qui nos oderunt
tacite dolebunt. Tñ ſi ligu
as exercuerit: audiet deo
p̃pitõ vobiſcũ reſponſionẽ
meam: non litem meam.
Non enim hominem nomi
naturꝰ ſuz ⁊ dicturus: ille
hoc dixit. iſte ſic detraxit:
cum forſaſſe etiam ad me
falſa quia: ⁊ hoc poteſt fie
ri perferantur. Verumtñ
quecunꝙ perlata fuerint:
ſi oportere videbit̃: loquar
inde caritati veſtre. Ante
oculos veſtros volo ſit vi-
ta noſtra. Scio quia querẽ
tes licentiam male faciẽ-
di: querunt ſibi exẽpla ma
le viuentiuꝫ: ⁊ multos in-
famant: vt ſocios iueniſſe
videantur. Ideo quod no-
ſtrum eſt fecimus: plus
quid faciamus ñ habenꝰ.
Ante oculoſ veſtros ſumꝰ.
Nulliꝰ aliqđ deſideramꝰ:
niſi bona opera veſtra. Et
vos exortor frẽs mei: ſi ali
quid vultis clericis dare:
ſciatis qz non debetis qua
ſi vitia eoꝝ fouer̃ ꝓtra me.
Oẽs offerte: quod vultis
offerre de volũtate veſtra
Quod cõe erit diſtribuet̃
vnicuiqꝫ ſic̃ cuiqꝫ opꝰ erit.
Gazofilatium attendite: ⁊
cẽs bñ bẽbimus: valde me
delectat: ſi ipſum fuerit p
ſepe noſtruꝫ: vt nos ſimus
iumẽta dei: vos ager dei.
Nemo det byrrbũ vl̃ linea
tũicã ſeu aliqđ niſi i cõe. de
cõi accipiã mihi ip̃i cũ ſciã
cõe me bẽre velle: ⁊cquid
habeo. Nolo talia offerat
ſanctitaſ veſtra: quibus q̃
ſi ego ſolus decentiꝰ vtar.
Offeratur mihi verbi gra
byrrbuꝫ p̃cioſuꝫ. forte de-
cet ep̃m: q̃uis nõ deceat a
uguſtinũ. i. boiez pauperẽ:
de pauperibus nat ũ: Nõ
dicturi ſunt boies: quia in
uẽi p̃retioſas veſtes: quas
non potuiſſem habere: vel
in domo patris mei: vel in

illa seculari, pfessiõe mea. Non decet. Talem debee habere qualé possum: si nõ habuerit. fratri meo dare Qualem potest habere p̃ sbyter: qualez põt habere decenter diaconus ꝛ subdiaconus talẽ volo accipere: quia in cõe accipio. Si quis meliorẽ dederit vendo: quod ꝛ facere soleo: vt qñ non potest vestis esse cõmunis: precium vestis sit cõe. Vendo ꝛ erogo pauperibus. Si hoc eum delectat. vt ego habeã: talem det: vnde nõ erubescã. Fateor. n. vobis: de preciosa veste erubesco: qz non decet hãc pfessionem: hanc ad monitionem: hec membra hos canos. Etiã illud dico. Si forte in nostra societate eger est aliquis vel post egritudinem vt necesse sit eum ante horam prãdii reficere: non prohibeo religiosos vl religiosas mittere eis quod eis videtur. vt mittant. Prandium tamen ꝛ cenam: extra nemo habebit. Ecce dico: audiuistis. Qui habere voluerit proprium ꝛ de proprio viuere: ꝛ contra ista precepta nostra facere: parũ est vt dicam: non mecum manebit: sed clericus non erit. Direraz enim: ꝛ scio me dixisse: q̃ si nolent suscipere socialem vitam nec cũ non illis tollerem clericatum: sed orsum manerent ꝛ seorsum viuerent: quomodo noscẽt deo viuerẽt. Et tamen ante oculos posui: quantum mali sit a proposito cadere. Malui enim habere vel claudos: q̃ plãgere mortuos. Qui enim ipocrita est: mortuus est. Quomodo ergo quicunq; voluisset extra manere ꝛ de suo viuere non tollerem ei clericatum: ita mõ: quia placuit illis deo ꝑpitio socialis hec vita: quisquis cum ipocrisi vixerit: quisquis inuentus fuerit habens proprium non illi promitto: vt inde faciat testamentũ: sed deleboeũ de ta

REAL AGA... BIBLIOTE... DE LA HISTOR...

bula clericoꝝ. Interꝑllet contra me mille concilia: nauiget contra me quo voluerit sit certe vbi potuerit. adiuuabit me deus. vt vbi ego episcopus sum: illic clericus eē non possit. Audistis audierūt. Sz spero in deum nostrum ⁊ misericordiam eiꝰ: quia sicut dispotionem meam istaz illariter acceperunt: sic eā pure fideliterqꝫ seruabūt. Dixi aliquid suū non habere presbyteros cohabitatores meos iter quos est ⁊ p̄sbyter Barnabas. Sed de illo audiui quedaz fuisse iactata: añ oia: qꝫ emit villaz a dilecto ⁊ honorabili filio meo eleusino. Hoc falsū ē. Monasterio donauit ille: non vendidit: Ego sum testis. Quid amplius queratis ignoro. Ego sum testis: donauit ille non vendidit. Sed duz non creditur donare potuisse: creditus est vēdidisse. Btūs hō qui tam bonū opus fecit: vt nō crederet. Tamen vel modo credite: ⁊ detractores audire libēter desinite. Jā dixi: ego suz testis. Dictū est de illo qꝫ anno p̄positure sue: per industriaz debita fecerit: vt dum volo ego reddi debita: darem illi poscenti fundum victorianensem: tanqꝫ dixisset mihi: vt reddā debita mea: da mihi in decez annos fundum victorianensem. Et hoc falsum est. Si fuit rumor: vñ nasceret: fecit debita reddenda. A nobis reddita sunt parum: vnde potuerunt. Remansit aliquid: quod nō debebat ēt monasterio illi: quod ꝫ ipꝰ deus instituit. Cum ergo remansisset: cepimus quere vnde debitum reddere mꝰ. Ad ꝯductionez ipsiꝰ fūdi nullꝰ accessit: nisi quadraginta solidos offerens pensionem. Sed vidimus fundum amplius posse dare: vt celericis debitū redderetur: et ꝓmisi fidei eiꝰ: vt de ipsa conductione lucra non requirerent frēs: sz quicqd daret fundus de ipsis fructibus: imputa-

rent:ad debituz. Fide agî
tur: Paratus est ꝓsbyter
vt aliū ꝯstituã:qui de fru-
ctibus fratribus reddat.
Ex numero vestro sit ali-
quis:cui hec committam:
ex numero ipsoruz: qui ad
nos talia pertulerunt. Sũt
enī in vobis boies religio-
si:qui eũ rumorem falso re
prehensuz eẽ doluerunt:ꝛ
tñ crediderũt factum. Ex
ipsis ergo alicȝs veniat ad
nos:suscipiat possessionẽ:
oẽs fructus precijs suis fi
deliter vẽdat:vt reddi pos
sit facilius qđ debeẽ:ꝛ bo
die recedat inde cura pres
byteri. Locus ét ipse vbi
monasteriū ꝯstitutum é:a
memorato filio meo bono-
rabili Eleusino:ipsi pres-
bytero Barnabe donatus
est. Antequ ordinaret pres
byter:in ipso loco monaste
riuz instituit. Sed tamen
qz nomine ipsius donatus
erat locus:mutauit istru-
menta:vt noie monasterij
videat. De fũdo victoria-
nẽse:ego rogo:ego bortor:
ego pro:vt sicȝs religiosus
est:fide agat: et exhibeat
ecclesie istam operam: vt
cito debituz reddã. Quod
si nemo de laicis fuerit iu-
uentus:ego prepono aliū:
iste illud nõ accedet. Quid
vultis amplius? Nemo la
ceret seruos dei:quia non
expedit laceratibus. Ser
uis dei quidez merces fal
sis detractiõibus crescit:
ſz crescit pena ét detrabẽ
tibus. Non sine cã dictuz
é. Gaudete ꝛ exultate qñ
detrahunt de vobis dicen
tes falsa:quia merces ve
stra magna ẽ in celis. Mo
lumus cum detrimento ve
stro, magnam hẽ mercẽ-
dez. Dignus ibi habeam?:
ꝛ tamẽ vobiscuz ibi regne
mus:Amen.

De tenẽda obediẽtia ꝛ de
vitanda superbia. ser. lvj.

Ibil sic deo placet
quẽadmodũ obedien-
tia. Chaz maledict? fuit:
ꝛ post multa secula manet
qđ dicitur:semẽ chanaaz
ꝛ nõ iuda:qz patri non est
obsecutus. Eteruni sem
qui est obsecutus: patris

benedictionem habuit in omnia secula. Hoc itaque dico: non est filiorum iudicare de partibus. Memo vadit ad magistruz: vt doceat didascalum suuz. Ue nisti ad me vt docerem te litteras. Si tibi scripsero: et dixero tibi: scribe quo et ego scribo: vtique imitari debes quem elegisti magistruz: ab aliquo doctus es et vadis ad peritionez magistrum. Hoc totum quare dico. Ut obediētiā exhibeam⁹ in patres nostros. Qui patribus nō obsequitur: deo non obsequitur. Dicit enim dominus. Qui vos spernit: me spernit. Qui ergo contemnit apostolus: cōtemnit christuz. Qui cōtemnit patrē: cōtēnit christuz: qui in partib⁹ est. Hoc dico quia hic in vobis summa et sola est virt⁹ obedientie. Si ieiunaueris diebus et noctibus: oratione inque feceris: si in sacco et cinere fueris: si aliud nihil feceris nisi quodcunq; preceptum est in lege: et tibi visus fueris quasi sapiens: et obediens patri non fueris: oēs virtutes perdidisti. Una obedientia plus q̄z oēs virtutes alias valet. Ieiunium vel continētia si diligenter attendes: superbiam tibi facit. Superbia autem est inimica deo: et nihil sic odio habet deus sicut superbiaz. Qui cunq; non obedit nō facit de sanctitate: sed de superbia. Idco. n. non obedit qz meliorem se credit illo cui nō obedit. Simpliciter dico vobis: oia peccata odio habet deus mendacium: periurium: furtum: latrocinium: adulterium: fornicationez: in quibus si quis deprehensus fuerit: nō potest oculos leuare. sic habemus eum execrabilem. Si quis superbus est: multo peius facit q̄z adulterū: et tñ loquimur cuz eo. Qui fornicator ē: pōt aliq̄d dicere. Uicit me caro mea: superauit me adolescētia. Hō dico q̄ sibi hoc facē liceat: aut q̄ se excusare de

beat ſiquidē ⁊ hec odio bēt deus: ſed in cōparatōe mali dico: Quicunq; aliquod peccatū fecerit. verbi gratia: ſi furtū fecerit: ſe excuſar poteſt. Dicet. n. Ideo furtum feci: quia algebam vel q2 fame moziebar: vel q2 egrotabaz. Superbus q̄d dicere poteſt? Ideo ſuperbia maius malū eſt: q2 excuſationez non habet: Cetera vitia eis nocent: q̄ ea cōmittūt. Cetez ſuperbia plus oīb⁹ nocet: Hec ergo dico ne cogitetis petrū non eſſe ſuperbiam. Haz quid dicit apoſtolus? Ne quis incidat in iudiciū diaboli. Videm⁹ ergo fratres: q̄m quicūq; inflatur in iudiciū diaboli incidit. Hoc ē ergo ſecundū q̄ dictuz eſt. Deꝰ ſuperbis reſiſtit. hūilib⁹ aūt dat gratiaz. Ut oia igitur peccata fugiam⁹ maxime aūt ſuperbiaz: Dico vobis de ſuperbo q̄ ſemp ſibi ſapiens videt. Si quis. n. de fratribus cōſilium dederit ei: ⁊ dixerit: Frater nō debes ſic agere: non eſt digna tur audire: q2 ſe magis ſapientē putat quā illū q̄ dat conſiliū ⁊ quid dicit in cozde ſuo? Ego mihi ſapiētioz Ego nō habeo q̄rere cōſiliū Nec tu ſapientioz es me. Licet nō dicat: tñ ex eo q̄ ꝓtemnit cōſiliuz fratris: in cozde hoc loquitur. Ergo hoc dico q̄ ſuperbiam habet: ſine cauſa habet alias virtutes: imo eas non habet: ſz videt habere. Qui .n. hoc habet q̄ deo contrariū eſt: Quomodo poteſt habere aliud q̄ deo amicum ſit? Superbia in monaſterio ſit. Si ieiunamus erigimur: ⁊ ſi oratioīez facimus pro peccatis: in ſuperbiaz erigimur. Aliquis ieiunat pro peccatis ſuis: ⁊ pro peccatis ſuis penitentiam agens in ſuperbiam extollitur. Ideo ieiunas. ideo oras. ideo precepta facis: vt contra deū facias? Monachus ſi ſuperbus eſt: multū ei melius erat ſi extra monaſterū duxiſſet. Ego ſimpliciter dico: ⁊ libera fronte hoc dico: quia qui

cumq; superbus est melius
esset ei & hoc ad cõparatio
nẽ mali dico ut omnia alia
vitia haberet: & ex malis
suis inclinaret ad peniten
tiam: & non omnes despi
ceret. Si autem post pec
cata ageret penitentiam:
vtiq; dei misericordiaz cõ
sequi mereretur. Qui aũt
superbus est: oium malor
habet principiũ: & nõ agit
penitentiã quasi iustus sit.
Superbus non agit penitẽ
tiam pro malis: & gloriat
quasi pro bono. Propterea
superbia cõtraria est deo:
q2 deo non subicitur. Hoc
quare dixeriz: & vosipsi in
telligitis: & aliorum ruine
nostra debẽt esse exempla.
Propterea vẽimus ad mo
nasterium: libertatem se
culi perdidimus: vt seruí
tutez christi accipiamus.
Deinde ista de fratribus
loquor qui solent sedere lõ
gius a monasteriis: Non
eis debet nasci supbia de
exemplo. In cenobio vixi
sti: placuit tibi vt mãeres
i decio miliario: nõ debes
synaxim scõr fratrũ con
temnere. Non te ideo vili
orem putes: si ad fratres
veneris in ciuitatẽ. Si ne
cessitatez haberes ires & vi
dere mulieres: vl ire in pla
teas: recte non ires: sed si
ad synaxiz sanctor nõ va
dis: q̃re hoc facis? O vos
qui manetis in deserto cui
libet vestrum dico: aut me
liores fratrib9 estis q̃ sunt
i cenobijs: aut peiores. Si
melior es: veni vt exemplũ
eis vite tribuas. si aũ de
terior es: veni vt discas q̃
non scis. Superbia nascit
q̃n aliquis dicit se secretũ
sedere: fratresq; nõ digna
tur videre & visitare: & in
superbiam erigitur. Hoc
ꝓpterea loquor. presente
sancto fratre q̃ hoc ope fa
cit qđ ego loquor vt hanc
